

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Boston Public Library

CLAVDII PTHOLEMAEI ALEXANDRINI LI
BER GEOGRAPHIAE CVM TABVLIS ET
VNIVERSALI FIGVRA ET CVM AD
DITONE LOCORVM QVAE A
RECENTIORIBVS REPER
TA SVNT DILIGENTI
CVRA EMENDA
TVS ET IM
PRESSVS

Ioannes Autelius Augurellus

Si forte primo dentur ingressu tibi
Hic lector obuiam ulla: quae statim noua
Inusitata que uideantur: uel Situ
Priore mota: uel figura & ordine
Mutata: uel dempta numeris & addita:
Per quos gradatim Mundus est olim undique
Mensus peritis & probatis omnibus:
Obid: prius quam: quae in recessu sunt: uelis
Videre: Ne tu: quaelo: diligentiam
Auctoris aspernere: Nanque operam Is dedit:
Vt uerba primum seruet: & sensus simul
Scribentis usque. Deinde ut illis integris
Aptetur omnis ipsa Nauigatio: &
Iisdem Tabellae Nauigantum consonent:
Fuere neque numeri adeo huic curae: ut magis:
Quam Sensum: & ut quam Verba: eos curauerit:
Quos ipse uarios in tot exemplaribus
Graecis Latinis que pariter adinuenit:
Atque positurae dissidentes maxime:
Quam Nauigantes Itinerantes que approbant.
Verum precamur contra: ut ipse Candidus,
Aequus, Probus que, & Moris antiqui Sies:
Ac cuncta pensites prius: neque improbes:
Probes ue quicquam: ni probandum duxerit:
Aut improbandum iure: ne tantus Labor
Fraudetur aequa Laude per te iniuria.
Silvano At ipsi potius habeas gratiam:
Quod ausus haud tritam ingredi uiam/tibi:
Qua reliqua superes facile: in hac re prodidit:
Si qua hic supersunt corrigenda (quae qui sem
Non pauca remur esse) ad horum Regulam:
Vt quae in remotis forte nos oris Latent.
Tandem que faueas Caeterotum Industriae
Debere fassus haud parum Inuentoribus.
Sic cuncta: quae uel facere tu, uel dicere
Studeois unquam: prorsus Elegantia
Et sint: & aequos sortiantur Iudices,

0364

(6502)

Nov. 11. 1889

7. 10. 1889

Solent omnes Dux Illustrissime Quicumque uel aliquid ipsi scripserint/uel in alienis castigandis operibus elaborauerint/lucubrationes suas Principibus quidam iis/quos maxime obseruet/peritis nonnulli eas/quæ illis ipsis in libris continetur/artium/dedicare. Alteri quidem/cum obseruariæ & uoluntatis suæ maximam esse indicium putet/ea quæ ob plurimas uigilias/plurimos haustos labores/carissima habent/dono dare: tum et ab iis/quibus data sint/non parum auctoritatis accedere operibus suis existimant. Alteri uero tum se demum recte munus suum locasse cum iis/qui & eo delectentur/et iudicium ferre possint/miserint/arbitratur. Vtrumque ego princeps Illustrissime: cum labores hos in Ptholemaei geographiam meos tibi nuncupauis: assecutus uideor. Nam et ei/quem plurimum facio/uti sub tui nominis auctoritate maxime muniti sint/dedicaui: & ei/qui cum omni litterarum genere/tum præcipuo quodam geographiæ studio teneatur. Neque, n. tu id unquam: quod alii solent: diuitiis abundare/imperium late maximum possidere/magnam & admirabilem principem efficere opinatus es: uirtutibus animum excolere/bonis artibus opulentus esse/id uero semper precipuum principis ornamentum esse dixisti: atque ita in eo elaborasti/ut multo magis hoc/quam imperio/& principatu tuo admirabilis sis. Et sicuti principatu mortalibus multis præes ita omni bonarum litterarum genere (absit omnis assentationis suspitio) litteratos facillime omnes antecellas. Quin ego (ut uere loquar) huiusce ipsius industriæ meæ maximam tibi partem/acceptam refero. Tu, n. ita ingenius sepius excitasti meum/ita me pluribus in rebus admonuisti/ut quodcumque a me profectum sit/id a re inuenitum habuisse/uerè affirmari possit. Ad alias igitur causas/cur tibi hæc potissimum dedicarim/hoc etiam accedat. Iure enim optimo tibi/a quo hæc in me res iacta sunt semina/fructus qui inde enati sunt/deferunt. Sed ut & tu/& alii omnes sciant/quantum in hoc opere laboris exhauserim/pauca hæc de re dicam. Ego dux Illustrissime. Cum Ptholemaem inter alios Geographiæ scriptores diligentissime & situs & distantias locorum scripsisse conspicere/admirabar profecto/cur illius tabulæ/paucis admodum in rebus/cum nostri temporis navigationibus consentiret: eoque magis admirabar/quam Ptholemaem quoque navigationibus comprimis innixus/ea quæ scripserit/scripsisse arbitraber. Cumque hac de re multa frequenter animo agitare/& diuersaque & græca & latina exemplaria undique conquiret/ in omnibus/quæ ad manus meas peruenerunt/maximam in numeris/quibus locorum signantur interualla/uarietatem inueni. Quod cum animaduertissem/cepit diligentius ipsa Ptholemaei uerba examinare: cumque plerisque in locis numeri uerbis ipsis repugnarent/cognoui Ptholemaei uerba/navigationibus prope omnia respondere: numeros/maxime dissentire. Quæ cum uidissem/audacius fortasse quam par erat/ratione tamen certa per motus/Ptholemaei uerba cum navigationibus ipsis conferens/numeros qui facillime depruari/& possint/& soleant/correxerunt. Hortanteque ad hoc me **Pandulpho cinamo** solertissimi ingenii Viro/cui ego/ob plurima ab eo in me collata beneficia/tantum debeam/quantum illi me nunquam referre posse animaduertam/tabulas & Ptholemaeo ipsi/er ueritati congruentes descripsi. Quæ quantum ab iis quæ ante nos ab aliis descriptæ sunt differant/cuilibet facillimum erit noscere. Quæ in re/si quod laudis ob laborem hunc nostrum mereamur/aliis sit iudicium. Mihi quidem uideor maxime utile onus suscepisse. Cum enim maxime utile hominum generi/ac propemodum necessarium Ptholemaei opus sit (Hinc, n. Genethiaci locorum positus eorum/in quibus quis nascitur/quod ad rectam geniturarum rationem explicandam non parum facit/discunt: Hinc Nautæ locorum interualla/et ad quam calidam partem positæ regiones sint/cum nouerint/omnia pericula euitare/& tuto nauigare possunt) ita tamen confusa/ita perturbata omnia erant/ut nihil in his libris/nisi fœda quadam corruptio repiretur. Eo nulla ex illis utilitas percipi poterat. Nunc uero uigiliis nostris effectum est/ut si non omnia/complura tamen emendata/& in ueram formam redacta/ac restituta sint. Cuius laboris ac diligentiam meam satis magnam præmiū me consecutum putabo/si tibi Illustrissime Princeps/nostri hæc grata fuerit munera. Maluolos uero & obrectatores omnes (si qui erunt) quauis in me tui nominis auctoritatem reueritos/minus ausuros putem/tamen ut & ratione aliqua eos detrectare libuit complurium rerum, quas imutauimus, rationem cur id fecerimus reddere. Et huic epistolæ subiungere. Tu quoque in litteratos omnes animo es/hæc suscipe/& nos ama.

BERNARDI Syluani Eboliensis annotationes in Ptholemaei geographiam. Cur nostra tabulæ ab iis quæ ante nos ab aliis descriptæ sunt differant, aliarumque erroris causa & demonstratio: primamque in Albione insula Britanica.

Videor uidere plerosque magna cum admiratione frontem contracturos: cumque tabulas a nobis descriptas a prioribus adeo diuersas intuebuntur/tantam diuersitatis causam/sedulo perquisituros. Quibus responsum uolumus/prioribus omnes tabulas quæ tum a græcis/tum a latinis/descriptæ/non modo ueritati/sed uerbis etiam Ptholemaei omnino aduersas fuisse. Quæ nos errore dum uitare contendimus/ad eam diuersitatem deuenimus. Erroris autem huiusce/etsi antea dictum sit/causa fuisse/que solis numeris inherentes/textus uerba neglexerint/particularibus tamen demonstrationibus idem nunc ostendere conabimur. Licet in prima Europæ tabula Albionem insulam a prioribus descriptam itueri/que solis numeris illud egerint/non modo contra Ptholemaei positionem/sed contra id quod recentiorum navigationibus uerum esse copertum est/descriptam esse. Ponit, n. Ptholemaeus singula Albionis latera duobus tamen terminis claudere. Ipsi uero numeros obseruantes/in orientalis lateris descriptione/maiorē ipsius partem/eam. I. quæ est a Vedra fluminis ostio ad Veruedrum promontorium/flectunt/ptrahuntque: ipsamque meridionalē faciunt. Sicque meridionalis pars non modo ab Ocrino ad Cantium/sed a Vedra est flumine ad Veruedrum/esse uidetur. Quatuorque meridionalium laterum fines erunt. Quod Ptholemaeo omnino aduersum, ponenti orientale latus ab Cantio

ad Veruedrū esse. Neq; n. silentio præterisset/in meridionalis lateris descriptione/partē etiā illā quæ a Vedra fluuio ad Veruedrū extēditur/si id sensisset;cū in Italia occidentalis partib⁹ describēdis/idem seruet. Dicit enī Italia fines ab occidēte lineā habere quæ ab Adula monte ad Vari fluuuii ostia ducit: ac a Neapoli ad Leu copetram. Idē proculdubio/si ita sensisset/in Albionis insulæ meridionali latere describēdo serualset: eius. s. terminos ab Ocrino ad Cantiū/rursūq; a Vedra fluuio ad Veruedrū pmontōnū ponēs. Nos itaq; Ptholemai uerba/nō numeros/imitantes/Albionis figuram nostri temporis nauigationibus/ac ueritati/omni ex parte conformem depinximus. Quod Pomponii etiam Melæ auctoritate/ipsam Sicilia ualde similem esse dicentis/comprobatum nobis est.

Annotatio in secundam tertiamq; Europæ Tabulas. De Hispania & Gallia Aquitania

Non minus admiraturos plerōq; sentio/cū in tabulis nostris Herculeū fretū/gradibus quatuor fere/magis q̄ in prioribus meridionale/descriptū esse uiderint. Quos oēs intelligere uelim/id nō modo nostri tēporis nauigationibus/sed Ptholemai etiā uerbis/omni ex parte cōuenire. Si enī recte ipsius uerba in Gallia Aqtania descriptione aduertamus/cogimur oīno Ligeris fluuuii ostia/& cōsequēter Pyreneos montes/uniuersamq; Hispaniā/ac deniq; Herculeū fretū/Cæsanēsiq; Mauritaniā partē/quæ iuxta fretū est/ q̄tuor fere gradibus deprimere. Dicit. n. eo in loco Ptholemaus: Quæ aut maxime septentrionalia sunt Aqtaniæ apud mare tenēt Pictones: Sub his Santones/atq; sub his Bituriges beuscis/sub qbus Tarbelli/usq; ad Pyrenē montem. Deinde dicit: In mediterranea aut Pictonibus adiacent Lemouices. Ex qbus uerbis/priorū tabularū patet error/in qbus oīous Lemouices meridionales magis q̄ Pictones positi sunt;cū tamē dicat Ptholemaus eos esse Pictonibus mediterraneos: quod ipsos orientales magis Pictonibus esse significat: quod in nra nos obseruauimus tabula. Deinde ponit Ptholemaus Cadurcos sub Lemouicibus/& sub his Petracorios. Et subdit dicēs: Horum oīum fines ab ortu solis/sunt: attinguntq; usq; Ligerim fluuuium/Bituriges ocubi. In quibus uerbis/duo ipsum dicere/aduertēdum est. Alterum quidem q; Bituriges ocubi eorum omniū: Lemouicum scilicet/Cadurcorum/atq; Petracorios fines ab oriente sunt: alteru uero q; Bituriges ocubi Ligerim fluuuiū attingunt. Quæ utraq; male ab iis qui ante nos tabulas depinxere/sunt obseruata. Ipsi enim sub Petracoriis Bituriges ocubos posuerūt: & Ligeri fluuio/nō modo Bituriges ocubos/sed Pictones etiā/Lemouicos/Cadurcos/& Petracorios: quod Ptholemai uerbis aduersari nemo ambigit: conterminos fecerunt. Nobis itaq; uisum est dictos iam populos/iuxta Ptholemai sententiā/collocare. Quamobrem Ligeris fluuuii ostia/tribus fere uersus meridiem gradibus deprimere coacti sumus. Atq; ut Lemouices Pictonibus/Biturigesq; ocubos lemouicibus adiacentes in mediterranea orientem uersus/ad Ligerim usq; fluuuiū locare possimus/Ligeris longitudinem/eiusq; flexionem/magis ad orientē produximus. Cū uero sub horum singulis populos eos locare uelimus/qui Pyrenem usq; montem attingunt/ipsū quoq; Pyrenem montem/& cōsequēter Hispaniam totam/tretumq; herculeum/propius meridie; accedere/necesse est. Hoc licet aliorum numeris cōtrarium sit/nulla tamen ex parte Ptholemai uerbis aduersatur: Immo uero hanc ipsius sententiā esse facile credimus/ q; ex nauigationibus ita sese habere/compertum habemus. Comprobari hoc potest ex hispanorū colore. Sunt enim aliquanto siculis fusiores/ii qui Beticam incolunt: quæ res ipsos aliquāto æquinoctiali propinquiores esse apertissime indicat. Placuit etiā Pyreneos montes recte per terræ longitudinē/a Fauonio scilicet ad Subfolanū/Galliam ab Hispanis diuidētes/nō ab Iapige ad Vulturum: ut a prioribus actum est/describere. Mauritaniā etiam Cæleriensis littora: non recte a Fauonio ad Subfolanum/ut numeri cogebant: sed ab Africo ad Cæciam: quod nostri temporis nauigationibus omnino respondeant produximus.

Annotatio in sextam Europæ tabulam. De Corsica atq; Italia.

In sexta etiam Europæ tabula/Corsicam insulam describentes alii/Fesiram ciuitatem: Pitani fluuuii ostia: & Marianum promontoriū: in meridionali latere locauere: cum tamē a Ptholemao in occidentali esse dicantur. Siracusanū etiam portū: Rubram ciuitatem: Alistam ciuitatē: Granianū promontoriū: ac Philonii portum/ad orientale litus transfulere: cum tamē in meridionali: iuxta Ptholomei uerborum sententiā: esse debeant. Quæ omnia a nobis emēdata: & suis finibus restituta sunt. In eade; etiam tabula Italiam describentes/occidentales eius terminos ommiserūt: qui tamen a Ptholemao ab Adula monte ad Vari fluuuii ostia ponūtur. Quodq; magis admiror/est/q; litus omne quod a Gargano monte Hydruntem usq; extenditur/orienti exposuerunt: cum tamen ad septentrione; uergat: quod ex nauigationibus habetur/ac etiam ex Ptholemai uerbis comprobatur: dicentis Italiam a septentrione/præter alia/littore Adriatici sinus a Tila uempto fluuio usq; ad Garganum montem & Hydruntem terminari. Mirum est etiam q; Histriæ littora adeo contraxerunt/ut nihil admodum in mare procurrant: Quodq; Larium Lacum Padī fluminis fontem esse notauerunt: cum dicat Ptholemaus Padī fontes iuxta lacum Larium/non ipsum Larium esse. Ignorauerunt enim Verbanum Lacum: cuius nulla apud Ptholemaum mentio: a Pado ipso/ qui paulo septentrionalior/iuxta Larium lacum oritur/fieri. Atq; ob id eum qui uere Larius lacus est/Benaci nomine describere. Benacum uero signauere quidem: sed nullo ipsum nomine notauerunt. Quæ cuncta cum ex

numerorum falsitate: tum etiam quod textus uerba omnino neglexerunt/euenisse/neminem latere puto. De quibus nos solliciti/tabulas nec a Ptholemæi uerbis discrepantes/& nauigationibus omni ex parte correspondentes descripsimus.

Annotatio in septimam Europæ tabulam. De Sicilia insula.

In septima uero Europæ tabula Siciliam insulam describentes: priorum numeros: ne in aliorum incideremus errorem: omnino dimisimus. Textus etiam uerba: quod de græco exemplari ita nobis fuerit interpretatum: quod rationi conuenire iudicauimus: aliqua ex parte immutauimus. Legitur per omnia latina exemplaria: Septentrionalis lateris medium: quod acutissimum est: & maxime ad boream tendit: diciturque Pelori promontorium &c. Deinde legitur Occidentalis lateris &c. Quæ lectio si recte aduertatur: facile falsa esse deprehenditur. Vnicum enim promontorium: Pelori scilicet: uniuersum septentrionale latus terminare non potest. Neque occidentale latus illud appellandum est: quod post Pelori promontorium ad Lilybeum usque extenditur: cum meridionali recte opponatur: quod. s. a Lilybeo ad Pachinum est. Neque dandum aliquibus est quod ab eis dicitur: Siciliam tria tantum habere latera. Hoc enim licet a Strabone; Polibio; Mela; aliisque antiquioribus dicatur: ab eis tamen Ptholemæum hac in parte dissentire censemus: qui Siciliam describens quatuor eius latera ponit: Dicit enim Sicilia ambitur ab occasu & septentrione mari Tyrrheno. A meridie Adro. Ab oriente Adriatico pelago. Nos itaque occidentalis lateris descriptionem: inferius iuxta Drepanum promontorium transferendam esse: atque ubi septentrionalis lateris medium legebatur: septentrionalis lateris descriptio: legendum esse duximus. Idque tum græco exemplari suasi: tum & ratione impulsi: egimus. Non potest enim Pelori promontorium septentrionalis lateris medium dici: imo uero eius extremum: ut in tabulis omnibus intueri licet: tenet. Neque occidentale latus illud est appellandum: quod recte meridionali opponitur: uerum septentrionale. Neque occidentali latere carere debuit Sicilia: cum a Ptholemæo dicatur ipsam ab occasu & septentrione tyrrheno ambiri pelago. His itaque obseruatis Siciliæ littora nauigationibus nostris respondētia descripsimus. Quæ Ptholemæi etiam uerbis optime respondere/manifestu fecimus. Neque ob id antiquis scriptoribus figura nostra aduersatur/dicentibus ipsam triquetram esse/ac tribus tantum lateribus contineri: quandoquidem non adeo exacte trigonam figuram huic eos prebuisse crediderim/ut omnes omnino eius angulos acutos esse uoluerint.

Annotatio in Quartam Africæ tabulam. De Aethiopia interiori/sinuque Hesperio.

Vellem præterea ab iis qui in quarta Africæ tabula interiorē Aethiopiā describere rationē mihi aliquā redderent occidētale ipsius latus/terra incognita/ad meridianum usque per insulas fortunatas trāseuntē producta/terminauerint. Erroris quippe huius numeros causam fuisse/dicere nequeunt. Nullis enim id numeris agitur. Verba et textus ad illud minime inducunt. Sic enim libro quarto legitur: Præterea parte oceani occidentalis iuxta magnum sinū ab occasu: & a meridie terminatur terra incognita. Vbi terrā incognitā/a meridie tantum: non ab occasu/ponere uidetur: ut recte consideranti patet. Quāuis autē extrema interioris aethiopiæ pars/quæ ad occasum est/terra incognita sit/quod nulla ibi ciuitas nullūque flumē aut mons nominetur/quæ admodum Ptholemæus lib. septimo capite quarto/uniuersæ habitabilis terminos ponens/dixit: Ait enim/Ab occasu est terra incognita: quæ Africæ aethiopicū sinū cingit: & deinde occidentali oceano quod ultimis occidentis partibus adiacet &c. non tamen propterea terrā illā incognitā/ad ultimū usque occidentis meridianū/producere oportuit. Dicit. n. Ptholemæus terrā incognitā cingere/ideest complecti/& continere sinū aethiopicū: non ultra ipsius produci. Neque id est rationi consonū est. Non. n. magnus erit sinus ille Hesperius/quod eius nomine significat (magnus enim & hesperius sinus appellatur) si ad ultimū usque occidentis meridianū/terra illa incognita producat. His itaque rationibus impulsi/latus illud occidētale/non terra incognita/sed magno illo hesperio sinu terminauimus: ipsumque uere magnū fecimus. Atque ita Ptholemæi uerba/nostri temporis nauigationibus, atque locorum illorum notitiis/nobis superioribus annis a Lusitanis tradita/optime respondent. Ausi. n. se Lusitani/cum loca illa ignota eēnt/fortuna credere/& incognita explorare maria/plurima inuenere/quibus illi & aternā sibi gloriā/& nobis ac posteris omnibus iucundā nouarum rerum cognitionē peperere.

Annotatio in Tertiam Africæ tabulam. De Alexandria deque uniuerso Maris ægyptiaci littore.

Alexandriā etiā/in tertia Africæ tabula/qui ante nos tabulas describere/gradibus uno ac semis supra triginta/ab æquinoctiali circulo distantē locauerunt. Parallellum uero per Alexandriā gradibus triginta cum tertia tantum ab eodē æquinoctiali distantē signauerunt. Quæ in re mirū id est/parallellū in debita ab ipsis distantia/uerbisque Ptholemæi respondentē/qui in primo libro capite. xxiii. dicit octauū parallellū (Hic autē est qui per Alexandriā scribitur) horis duabus/gradibusque triginta cum tertia/ab æquinoctiali distare/notatū esse: Alexandriā uero a qua parallellus ipse denotatur, ultra ipsum parallellū productā eē. In omnibus. n. id obseruari debet/ut ea loca a quibus parallelli denotationē sumunt/ab eisdē interfecerint. Quod si usque alias/in parallelo per Alexandriā obseruari par est: quod ab hoc uniuersa fere Ptholemæi pendeat geographia. In octauo. n. libro distantias locorum omnium semper ad Alexandriā refert. Nos itaque ad ipsum eius parallellū/Alexandriā/omneque maris ægyptiaci littus contraximus. Quod non modo Ptholemæi sententiæ consonū esse/sed nostri et temporis nauigationibus omni ex parte respondere conpertum habemus.

Aduersus Marcum beneuentanum Monachum.

Et si plurima sint alia quibus nostrae ab aliorum tabulis differant/singula tamen referte, & superuacuum, & permolestum legentibus esset. Tabulas itaque nostras ceteris omnibus/quae ab aliis ante nos factae sunt/praeferre/satis hucusque dictum comprobatumque esse arbitror. Non possum/inter tot priorum errores/Marci beneuentani monachi infirmitate ac negligentiam praerere. Is enim cum Ptolemaei opus emendandum assumpsisset/non modo non emendauit/sed in plerisque locis adeo corruptus/ut manifestam implicet contradictionem. Ad quod de Iarandum/uno dumtaxat contenti erimus eius errore; sed eo quidem uti & reliqui impudeti. In septentrionalis. n. lateris descriptione/Italiam/praeferre alia/littore Adriatici pelagi a Tilauempto fluuio usque ad Garganum montem & Hydruntem/terminari dicit. Deinde orientale latus describens/eius terminos a Gargano monte/iuxta litus/Hydruntem usque/esse narrat. In quibus uerbis apertissima est contradictio. Si enim septentrionale latus a Tilauempto fluuio ad Garganum usque montem & Hydruntem extenditur/quoniam modo latus orientale a Gargano monte ad Hydruntem sit/intelligi non potest. Taceo quod Hydruntem/fluuium esse dicit/cum urbes esse/pueris etiam notum sit. Neque tamen hoc contentus errore fuit/quin Hydruntem/meridionale etiam Italia partem terminare addidit. Eundem nempe trium laterum terminum ponit; quo nil absurdius esse neminem latere puto. Id uero quod ponit ipse/in nullis numeris aut graecis/aut latinis/exemplariis/ab aliquo lectum est/sed naturali cecitate ac pertinacia ductus/in tam foedos incidit errores. Parumque id profecto foret/ni pluribus aliis in locis errasset. Piget singula referre. Nullam profecto paginam reliquit/quam ille quam plurimis id genus erroribus/non referret. Quod uero in iis qui ab ipso castigati sunt libris/mathematicae illae demonstrationes/quae in primo & septimo libro sunt/emendatae admodum legantur/id non illi/sed Ioanni Cotta referri debet acceptum/qui ea loca emendauit. Neque enim ingenio aut eruditione/cuius nostra aetate Cotta noster cedebat. Sed proinde deus atque hominum fidem/tum cum maxime floureret/cum maturum iam ingenium non spem modo sui magnam polliceretur/sed uberrimos iam fructus ferre inciperet/importuna sane & imatura morte/non sine maxima bonarum artium iactura/trigesimo aetatis anno/proxima aetate/Viterbii decessit. Quae mihi mors tanto dolori fuit/ut nunquam satis doliturus uidear. Cum enim unice illum amabam/tum tantam spem de illo conceperam/quanta de praestantibus cuiusdam ingenii uiro/& maxime in studiis assiduitatis ac laboris/concipi debet.

Annotatio in Sextam Asiae tabulam. De Carmania.

Vnum hoc ab iis qui tabularum nostrarum figuras uiderint peto/ut Carmaniae descriptionem quam nos in sexta Asiae tabula ab aliis diuersam aliqua ex parte fecimus/admittere non indignentur. Hanc enim temerario quodam ausu nostro/licet numeris aduersetur/neque Ptolemaei et uerbis respondeat/quod tamen ueritati consonare certo scimus/ita describendam/satis fore duximus. Antiquorum namque recentiorumque nauigantium autoritate suasi/meridionale Carmaniae latus/plurimum a Ptolemaeo dicat/in mari indico Austrum uersus produximus. Strabo Carmaniae describens promontorium ipsius quoddam/in indico mari ad Austrum satis extensum esse refert. Arianus etiam graecus auctor admodum grauis/Nearchi cuiusdam/classis Alexandri regis praefecti/nauigationem per loca illa in suo quodam commentario narrans/littus omne ab Arbis fluuii ostiis ad Cissam usque/austrum uersus/in indico mari productum esse tradit. Lusitani etiam nauigantium omnium peritissimi/meridionale oceanum soli tempestate nostra ausu tentare/Carmaniam attigerunt/in qua famigeratum adeo emporium/Calichuth appellatum/inuenere. Ii referunt illam Carmaniae partem quae ad Austrum tendit/sic in indico mari productam esse/uti nos/eorumque relictis/non minus antiquorum dictis inherentes/eam produximus. Strabonis itaque Arianique auctoritate/nec minus certissima Lusitanorum nauigatione suasi/Carmaniae satis ad Austrum produximus. Quod & si Ptolemaei commentariis aliqua ex parte/non tamen ipsi penitus aduersari crediderim; cum libro primo ipse etiam dicat/recetioribus semper magis credendum fore. Id ergo temerario quodam ausu nostro egimus/cui Ptolemeus et si nos audiret/assensurus fuisset non dubitamus. Et propterea numeros Carmaniae littora terminantes/ueluti ab Ariano primum/ac demum a Lusitanis/qui loca illa ad nauigantes/eorumque posituram situmque recte obseruauerunt/nobis traditum est/addidimus: illosque annotationibus hisce nostris subiunximus; Ptolemaei Carmaniae describentis uerba imutare minime ausi.

De uniuersali habitabilis figura cum additionibus locorum nuper inuentorum.

Placuit in super uniuersae habitabilis figuram/cum iis omnibus quae recentiorum nauigationibus reperta/ & nobis tradita sunt/ex nostro addere. Quam nulla tamen ex parte/ab uniuersali Ptolemaei descriptione differre sentias/modo illa quae Ptolemaeo ignota fuerunt demantur. Id uero ea tamen ratione egimus/ut uideant qui Ptolemaeum damnauerunt/quam nihilo nostri temporis nauigationibus/ac ueritati/modo neglectis prioribus numeris uerba obseruentur/aduersari uideantur.

Carmaniae descriptio secundum Arianum & Recentiores iuxta formam Tabulae

CARMANIA terminatur a Septentrione ab opposito meridionali latere Carmaniae des-

tae ab oriente Gedrosia iuxta praecipuos montes in linea per ipsos emissam/ a fine. s. Carmaniae deserta:

usq; ad Indici pelagus ingra. 104. 17. ab oc-
casu pte Persidis/a sine iuxta desertā Carmaniā/
usq; Bagradæ fl. ost. & inde pte p̄fici Sinus/q̄
uocaf & ipsa sin⁹ carmanicus/ac ab ost. Salai fl.
usq; ad Alambater. pm. iuxta d̄scriptionē hāc:
post ost. Bagradæ.

| | | |
|-----------------------|------------------|------------------|
| Daræ flu. ostia. | 95 $\frac{1}{4}$ | 28 $\frac{1}{2}$ |
| Cathrapi flu. ost. | 95 $\frac{1}{4}$ | 27 $\frac{1}{4}$ |
| Corii flu. ost. | 96 | 26 |
| Achindanæ flu. ost. | 96 $\frac{1}{2}$ | 25 $\frac{1}{2}$ |
| Andamis flu. ost. | 96 | 25 |
| Sagani fluuii ostia | 95 $\frac{1}{4}$ | 24 $\frac{1}{4}$ |
| Armuza ciuitas | 94 $\frac{1}{2}$ | 23 $\frac{1}{2}$ |
| Armuzon promont. | 93 $\frac{1}{2}$ | 23 $\frac{1}{2}$ |
| Carpella promont. | 93 $\frac{1}{2}$ | 22 $\frac{1}{2}$ |
| Iterum post ostia. | | |
| Salai fluuii | 98 $\frac{1}{4}$ | 22 |
| Masin ciuitas | 98 $\frac{1}{4}$ | 21 $\frac{1}{4}$ |
| Samidaca | 98 $\frac{1}{4}$ | 20 $\frac{1}{4}$ |
| Samidachis flu. ost. | 98 $\frac{1}{4}$ | 20 $\frac{1}{4}$ |
| Tesa | 98 $\frac{1}{4}$ | 20 $\frac{1}{4}$ |
| Canafis urbs deserta | 99 | 19 $\frac{1}{4}$ |
| Candriacis flu. ostia | 99 | 19 $\frac{1}{4}$ |
| Talmena portus | 99 | 18 $\frac{1}{4}$ |
| Mangalor | 99 | 18 $\frac{1}{4}$ |
| Bagia promont. | 98 $\frac{1}{4}$ | 17 $\frac{1}{4}$ |
| Cyza portus | 99 $\frac{1}{4}$ | 16 $\frac{1}{4}$ |
| Calicut emporium | 99 $\frac{1}{4}$ | 16 |
| Cophanta portus | 99 | 15 $\frac{1}{2}$ |
| Cochim ciuitas | 99 | 15 |
| Dendrobosa | 99 $\frac{1}{4}$ | 14 $\frac{1}{4}$ |
| Barna uicus | 99 | 13 $\frac{1}{4}$ |
| Balorum litus | 98 $\frac{1}{4}$ | 13 $\frac{1}{4}$ |
| Mofarna portus | 99 | 13 |
| Alambater promont. | 98 $\frac{1}{2}$ | 12 $\frac{1}{2}$ |

A meridie pte Indici maris/quæ ē post Carpellā
p̄io m. usq; ad prefatū ost. Salai flu. ac alamba-
ter p̄monto. ad prefatum finem Indici pelagi:

| | | |
|------------|------------------|------------------|
| Canthathis | 95 $\frac{1}{4}$ | 22 |
| Agris | 96 $\frac{1}{4}$ | 22 $\frac{1}{4}$ |
| Combana | 97 $\frac{1}{2}$ | 22 $\frac{1}{2}$ |
| Rhogana | 98 $\frac{1}{4}$ | 22 |

Postquā ostium prædictum est Salai fluminis:
hucusq; Sinus est **PARAGON** appellatus.

Iterum post Alambater promontoriuz.

| | | |
|----------------------|-------------------|------------------|
| Carbis litus | 99 $\frac{1}{2}$ | 12 $\frac{1}{4}$ |
| Cyssa uicus | 99 $\frac{1}{2}$ | 12 $\frac{1}{4}$ |
| Calimis uicus | 100 $\frac{1}{4}$ | 15 |
| Colpa | 100 $\frac{1}{2}$ | 13 $\frac{1}{2}$ |
| Basigara portus | 100 $\frac{1}{4}$ | 13 $\frac{1}{4}$ |
| Melanta Ontag. finis | 101 $\frac{1}{2}$ | 14 $\frac{1}{2}$ |
| Tomari flu. ostia | 102 $\frac{1}{4}$ | 15 |
| Cocala | 103 | 16 |
| Cabana | 103 $\frac{1}{4}$ | 16 $\frac{1}{4}$ |
| Pagali | 103 $\frac{1}{4}$ | 17 $\frac{1}{4}$ |

Postquā terminus est Indici pelagi iam dictus.

Montes aut sunt in regione p̄dicta/iuxta Carma-
niam desertā & Gedrosiā/qui uocant Semira-
midis/& Strongylus a figura dictus/cuius me-
dium 95 23 & alii inuicē egdistantes a Persi-
cis mōtib⁹/a qbus fluūt Amnes q magis occi-
dētales sūt q̄ Samydach: quoq; media 99. & 27 $\frac{1}{2}$
Tenēt aut q̄ iuxta Desertā sunt **CAMELOBOSCI** So-
xote appellati: sub his aut p̄cula mari extēdun-
tur **RHVDIANA** & **ACDENITIS RE.** post **PARÆ**
PAPHITIS Sub qua **ARÆ.** & **CHARADRÆ** gen-
tes. postea **CABADENA.** & **CANTHONICA.** & su-
pra mare **PASARCADE** & **CHELONOPHAGI.** de-
inde **ORITAE** & **PASIRES** sunt.

Ciuitates mediterraneæ & uille dicuntur in Car-

| | | |
|--------------------|-------------------|------------------|
| mania portospana | 96 | 28 $\frac{1}{4}$ |
| Carmana metropolis | 100 | 29 |
| Thaspis | 98 | 27 $\frac{1}{4}$ |
| Nipista | 97 $\frac{1}{4}$ | 26 $\frac{1}{4}$ |
| Chodda | 101 $\frac{1}{4}$ | 25 |
| Taruana | 96 | 24 $\frac{1}{4}$ |
| Alexandria | 99 | 24 $\frac{1}{4}$ |
| Sabis | 97 $\frac{1}{4}$ | 24 $\frac{1}{4}$ |
| Throassa | 99 $\frac{1}{4}$ | 23 $\frac{1}{4}$ |
| Ora | 101 $\frac{1}{4}$ | 22 $\frac{1}{4}$ |
| Cophanta | 101 | 22 |
| Cananor | 99 $\frac{1}{4}$ | 17 |

Insulæ aut adiacēt Carmaniæ in p̄fico q̄de3 Sinu.

| | | |
|----------------------|------------------|------------------|
| Sagdana in q̄ Myltus | 44 | 27 $\frac{1}{4}$ |
| Vorochtha | 94 $\frac{1}{4}$ | 25 $\frac{1}{4}$ |

In Indico autem mari:

| | | |
|----------------|------------------|------------------|
| Polla insula | 97 $\frac{1}{4}$ | 15 $\frac{1}{4}$ |
| Carmina insula | 97 $\frac{1}{4}$ | 13 $\frac{1}{4}$ |
| Liba insula | 97 $\frac{1}{4}$ | 14 $\frac{1}{4}$ |
| Carane insula | 99 $\frac{1}{4}$ | 11 $\frac{1}{4}$ |

In uniuersali Tabula. Terrā incognitā a
Meridie describere obmissimus: licet a
Ptholemeo dicat: q̄a nauigationibus
reptum est. Oceanum ibi procedere ad
Antipodas.

Errores in Tabulis.

In 2. Europæ Tabula: nō norauim⁹ no-
mē Mōris Calpæ: et scripsim⁹ ost. Bar-
besole. f. prope Barbesolā Urbē: quis
Ptholemeus in interiori mari noīat.

In 4. Europæ Tabula: sunt supra Cym-
bricam. aliæ tres insulæ: Alociæ dictæ:
quas nō fecimus p̄pter maximā altitu-
dinē & locus Tabula: nō erat capax.

In 6. Europæ Tabula: ubi Bononia ibi
Nurina & e contra.

In 9. Europæ Tabula: **BRITOLAGÆ**

populi non sunt descripti.

In 10. Europæ Tabula: ubi Naupactus
ibi Molicria & ecōtra. Vbi imbros ibi
Samothrata insula & ecōtra: ubi **HEL-**
LADÆ ibi melius **AETHOLIA.**

In 2. Africæ Tabula: Glaucois ins. obmissim⁹.

In prima Asiæ Tabula: ubi Aeolidis p̄mōt.
ibi **AEOLIDES:** & Cenæ promōt. In
Cappadocia **CISSIOS.** deficit. In ea-
dem Thermodon. f. ex monte Scordi-
sco deficit: & in eadē ubi licaoniæ ciui-
tas ibi **LYCAONIA** pronuncia.

In 3. Asiæ Tabula: Pelodes insulæ eē debuif-
fer: q̄ in 7. descripte sūt: in eadē errati
sunt numeri altitudis: & ubi 38. ibi 39.
In eadē: ubi **DAVENA** **BAGRA**

DAVENA esse debuit.

In 4. Asiæ Tabula: ubi Aecōnis flu. scri-
bi debet Elcutherus fluuius.

In eadem in Comagena re. ubi Germa-
ni ciuitas: uult dicere Germanitia.

In 7. Asiæ Tabula: deficiūt duo flumina a
Sogdiis montibus fluētia in Iaxartē. f.

In 9. Asiæ Tabula: In Paropanisade deficit
nomen Coe flu. qui designatus est.

In 10. Asiæ Tabula: ubi **SYRASTRENA**
ibi **PATALENA:** & sup patalenam
ABIRIA deficit.

In Epistola: in 31. linea. Qua in re siquid
laudis: pro quantum uero laudis.

In demonstratione Albionis insulæ in
tertia riga: tum a latinis descriptæ: defi-
cit inueniebantur.

TABVLA

| | | |
|---|----------|-----------|
| Tabula primi Libri Geographiæ Ptholemai. | | |
| In quo differt Geographia a Chorographia. | CA. I | |
| Quæ ad Geographiã præsupponenda sunt. | CA. II | |
| Quomodo ex stadiorũ dimensione cuiuscũq; rectæ distantia licet nõ sit sub eodem meridiano mensura ambitus terræ sit percipienda & e contra. | CA. III | |
| Quod obseruata ex superioribus præponenda sunt notitiæ peragantiũ. | CA. V | |
| Quod recentioribus historiis credendũ magis sit ob mutationes quæ diuersis tẽporib⁹ in orbe contingunt. | CA. VI | |
| De editione geographiæ Marini | CA. VII | |
| Emendatio latitudinis Marini ab obseruatione superiorum. | CA. VIII | |
| Eadẽ emendatio ab itinerũ peragationib⁹ tam terrestriũ q̃ maritimorũ. | CA. IX | |
| Eadem emendatio a nauigationibus factis. | CA. X | |
| Quod non ponendi Aethiopes sunt magis australes: quã parallelus oppositus parallelis per Meroen. | CA. XI | |
| Quæ in lōgitudine a Marino male tradita sũt. | | |
| | | CA. XII |
| Emendatio longitudinis nostræ habitabilis a peragationibus. | | CA. XIII |
| Eadem emendatio a nauigationibus. | | CA. XIII |
| De nauigatione ab Aurea chersoneso ad Cattigara. | | CA. XV |
| De hiis quæ in expositione particulari Marinus assentit. | | CA. XVI |
| Quod quædam prætermisit de regionum præfecturas finibus. | | CA. XVII |
| In quibus etiã Marinus dissentit ab historiis nostri temporis. | | CA. XVIII |
| De incõmoditate qua Marinus usus est in designatione orbis. | | CA. XIX |
| De cõmoditate nostri operis in designatione orbis. | | CA. XX |
| De inequalitate dimensionis tabulæ Marini. | | CA. XXI |
| Quæ seruari oportet ad designationem orbis in plano. | | CA. XXII |
| Quomodo habitabilis nostra in sphaera designanda sit. | | CA. XXIII |
| Expositio meridianorũ & parallelorum in orbe designandorum. | | CA. XXIII |
| Qualiter in plano terra designatur sphaerico cõæqualis. | | CA. XXV |
| Alius modus describendi in plano habitabilem terræ partem qui priori modo uerior est. | | |

CLAVDII PTHOLEMAEI ALEXANDRINI GEOGRAPHIAE LIBER PRIMVS INCIPIT.

CA. I.
In quo differt Geographia a Chorographia.

LIBER

GEOGRAPHIA

designatrix imitatio est totius cogniti orbis: cum his quæ fere uniuersaliter sibi iunguntur. a Chorographia hæc differt.

Nā chorographia

particularius a toto loca abscidens per se de quolibet ipsorum agit: describens ferme singula etiam minima conceptorum a se locorum. quemadmodum Portus: Villas: Vicos: Fluuiorum conuersiones: ac huiusmodi loca alia. Geographiæ autem proprium est unam eandemque habitabilem terram nobis cognitam ostendere quomodo natura sit: se habeat: circaque ea tantum intēdit: quæ per descriptiones orbis magis generales sibi iunguntur: ueluti circa maiora oppida: magnas ciuitates: montes etiam: fluuiosque insigniores: præterea circa ea omnia quæ iuxta quamlibet speciem maiori notadigna sunt. Finis chorographiæ est partem totius sigillarim animaduertere: ut si quis aurē tantum/aut oculum pingat. Geographiæ uero totum inspicere/iuxta proportionem: ut si integrum quis caput designaret. Integris enim imaginibus cum oporteat potiora membra primum adhiberi: deinde ea quæ imagines picturalque suscipiunt ita æqua dimensione inter sese locari/ut ex iusta distantia uisu possint discerni an totum seu pars sint illius quod pingitur: sequitur nō indigne nec præter rem chorographiæ quacumque etiam minima/geographiæ uero regiones ipsas cum his quæ generalius sibi adnectuntur: propriū esse prestari. Nam potiores nostræ habitabilis partes: quæ æqua dimensionum proportionem notabuntur: prouincia siue regiones sunt. & harum priora membra & differentiæ magis insignes quæ in ipsis regionibus sunt. Verlatum autem chorographia quam maxime circa quales/magis quam circa quantum: eorum quæ describuntur. Circa enim pingendi similitudinem omnino uertitur: cura situū proportionemque dimissa. Geographia uero magis ad quantitatem quā qualitatem intēdit. Nam de proportionem distantiarum animaduertit in omnibus: de pingendi uero proprietate/ nō nisi solum in imaginibus maiorum descriptionum. Vnde chorographia pictura eget/nul lusque eam recte componet/nisi homo pictor. Geographia autem non idē expostulat. Nam poterit quis per puras lineas/nudaque denotationes/locā figere/ac figuras generales inscribere. Quare illi mathematica opus non est. sed geographiæ ea est potior pars. Contemplari enim in hac oportet totius orbis magnitudinem & formam. Præterea situs ad totum orbem/ut fas sit partem conceptam qualis &

PRIMVS

quanta sit dicere/& sub quibus cœlestis sphaera parallelis locetur. Vnde de diebus ac noctium magnitudinē/de fixis quæ supra uerticem nobis sunt/de stellis quæ supra horizontem nobis feruntur: de his quæ perpetuo nō nobis oriuntur/de omnibus deinde quæ ad rationem habitationum nostrarum spectant/differere poterit. Quæ humanis ingeniiis mathematico iure demonstrari/altissimum atque pulcherrimum est: ut cœlum scilicet ipsum natura sua sese habeat (ostendi enim id potest cum nos circumambiat) Terram etiā ipsam per imaginem ostendunt: quæ quis certa:& maxima sit: neque uniuersa ipsa: uel ipsius pars nos ueluti cœlum circumambiat: ab eisdem tamen qui cœli plagas scrutari ausi sunt/peragrari potest.

QVAE AD GEOGRAPHIAM PRAE
SVPPONENDA SVNT.

Cap. II.

VIS Geographiæ finis & in quibus a chorographia differat: strictim in prioribus annotatum sit. Cum autem in præsentia propositum sit

habitabilem nostri orbis describere quæ maxime fieri possit intra sese coæqualem/neceesse arbitramur in exordio præponere quod huius rei primum est: scilicet quod historia peragrationis plurimam notitiam nacta est ex illorum traditione qui diligentissime regiones quasque explorauerunt: quæque huiusce animaduersionis atque traditionis ad geometricam hoc illud ad obseruationem fixarum pertinet. Quod geometricum est per puram dimensionem distantiarum ostēdit qualiter loca inter sese sita. Quod uero ad superiora refertur/eorundem locorum positiones per fixas docet: cum astrolabiis & sciotheris instrumentis. Hocque certum quidem est/nec in aliqua re anceps. Illud uero genus & imperfectius: & altero eget. Nam primo: cum necesse sit utroque in modo præsupponi ad quem situm duorum locorum distantia uergat (Non enim simpliciter solum scire oportet quantum hic locus ab illo distet: sed uelut quæ cœli plagam: hoc est an ad septentrionem (seu ut ita loquamur) ad solis ortum: aut alias particulares inclinationes) in possibile est hoc considerare diligentius absque dictorum instrumentorum obseruatione. Ex ipsis enim quocumque in loco: omnique tempore facile iueniri potest situs lineæ meridianæ/perque hanc distantiarum peragrationem noticia habeatur. Deinde hoc etiam dato: neque propterea dimensio quæ sit ex numero stadiorum nobis certam noticiam præbet/ob itinera quæ raro recta sunt: diuersionibus multis

terra marique ita actis: ut opus sit ex terrestri itinere secundum qualitatem & quantitatem distantiarum obliquarum: id quod rectum iter excedit coniectare/ atque stadium summa minuere: ut recta uia inueniatur. Quod etiam in navigationibus ea ex causa contingit: uentorum flatu per totum iter cum aequalitate minime seruato. Præterea & si eorum locorum distantia diligenter habita est: non tamen habetur ratio ad totum terræ ambitum: neque captatus situs eiusdem ad æquinoctiale circulum: uel ad polorum situm. Distantia autem quæ ex obseruatione superiorum acquiritur: horum quodlibet diligenter ostendit demonstrans quantas circumferentias uicissim circuli paralleli meridianique per loca ipsa sunt descripti intercipiunt/ hoc est quales circumferentias in meridionalibus paralleli & æquinoctialis intercipiunt: quales uel in parallelis & in æquinoctiali meridionales. Deinde docetur quodam partem occupent: ipsa duo loca: circumferentia maximi circuli per eadem in terra descripti. Quæ dimensio parta ex superioribus: stadium numeratione non eget: habita ratione partium terræ ad totius descriptionis ambitum. Nam fat est circulationem ipsius terræ supponere tot esse partium quot libuerit: & harum totidem contineri a distantis prænotatis in circulis ipsius terræ maximis. Sed ad diuidendum totum terræ ambitum: aut ipsius partes: in distantias nostris stadium dimensionibus notas: hæc æque non sufficit. Quare ob hoc solum necesse fuit quædam rectam in terra distantiam alicui circumferentia maximi cuiusdam cælestis circuli adaptare: & ex fixis habita huius proportionem ad totum circulum: ac percepto numero stadium ipsius partis: seu data in terra distantia: poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Concessum enim cum sit ex mathematicis demonstrationibus: totius terræ & aquæ superficiem ad totum sphericam esse: & idem centrum cum sphaera cælestium simul habere. & quæ plana quælibet quæ per centrum emittantur: in communibus sui & ipsarum cæli terræque superficieum sectionibus. maximos circulos faciunt: quæque eorundem planorum anguli qui circa centrum sunt/ circumferentias circulorum ipsorum interceptas: eiusdem unius rationis efficiunt: sequitur distantiarum quas in terra suscipimus quantitatem quippe stadium (si distantia recta sint) ex dimensionibus posse percipi: rationem uero ab eisdem stadiis ad totum terræ ambitum minime inueniri: quia nulla ad totum proportio hinc dari potest. A simili autem circumferentia cælestis circuli datur. Nam cælestis circumferentia ratio: in propria totius terræ circulatione captatur: eademque ratio est similis portionis in circulo terræ: quæ ad maximum ipsius circulum.

Quomodo ex stadium dimensionem cuiuscunque rectæ distantia & licet non sit sub eodem meridiano: mensura ambitus terræ percipiatur & e contra.

Cap. III.

RIORES quidem igitur non tantum rectam quærebant distantiam in terra ut circumferentiam maximi circuli captarent: sed eam quæ situm teneret in plano sub uno ipso meridiano. Vnde per instrumenta quæ diximus obseruantes puncta quæ supra uerticem erant utriusque finis distantia data: ex his signis interceptam meridiani circumferentiam: sub æqua proportionem ad distantiam in terra notatam habebant. Nam ut dictum est signa præfata in uno plano assumebantur: & lineæ transeuntes per extrema distantia ad puncta quæ supra uerticem erant necessario concurrebant: & quia huius coincidentia punctus commune circulorum ipsorum erat centrum: quæ ergo pars circuli per polos descripti uidebatur intercepta ab utroque puncto supra uerticem assumpto circumferentia: totam esse constabat circumferentiam ad totum terræ ambitum. Sed quod si huiusmodi distantia non est sub circulo per polos descripto: sed sub alio quolibet maximorum: idem ostendi potest: obseruatis pari modo eleuationibus poli in terminis ipsius distantia: & animaduerso simul situ: quem habet ipsa distantia ad alterum meridionalium: plane demonstrauimus nos per instrumentum meteoroscopium: quod ad obseruationem umbrarum struximus: quo multa etiam alia expedite captamus utilissima. Nam uno quoque die nocteque: pro loco obseruamus borei poli eleuationem: singulis uero horis positionem meridianam: ad ipsamque transitum habemus distantia data huiusque dimensionem: hoc est quales facit angulos maximus circulus descriptus per lineam distantia cum circulo meridiano: iuxta punctum qui supra uerticem est. Ex quibus & quæsitam circumferentiam per ipsum instrumentum ostendimus: & circumferentiam a duobus meridianis interceptam: si paralleli alii sint quam æquinoctialis. Vnde iuxta demonstrationem hanc si metiemur unam solam rectamque in terra distantiam: numerus stadium totius ambitus terræ inueniri potest. Perque autem hoc reliquum est ut & omnium cæterarum distantiarum dimensio (licet recta omnino non sint) neque sub eodem meridiano aut parallelo percipiatur: eleuatione poli: & inclinatione distantia ad meridianum diligenter seruata. Rursus enim per rationem circumferentia ad maximum circulum: stadium numerus facile haberi potest: a cognita circulatione totius terræ.

Quod obseruata ex superioribus preponenda sunt noticie peragrantium.

Cap. IIII.

h Is ergo sic habitis: q̄ regiones sigilatim circūambulaueris: si huiusmodi obseruatiōibus usi fuissent/ oīno certā descriptionē nostrā habitabilis facere potuissent. Sed cū solus Hipparcus pauca; admodū ciuitatū: pro eaz̄ copia quæ in Geographia notant̄: eleuatiōes poli arctici nobis tradiderit: ac loca p̄ pauca sub eisdē sita parallelis notauerit: aliqui uero post ip̄m quædā retulerint locoz̄ oppositoz̄: nō tñ q̄ æqualiter distarēt ab æquinoctiali: sed simp̄l̄r sub eisdē sita meridianis: id summētes ex nauigationibus uel borea uel austro secūdo factis: q̄ plures at̄ distātiar̄: p̄sertim quæ ad ortū solis: siue ad occasum uergerēt: cōceptæ fuerint/ ex generali quadā traditiōe/ nō ex auctoz̄ ip̄soz̄ ignauia/ sed q̄ nōdū diligentioris mathematicæ usus foret: præterea q̄ nō multi defectus lunares in eodē tpe diuersis i locis obseruati fuerāt/ quēadmodū eclipsis illa quæ in Arbilis sub hora q̄nta/ in Carthagine uero sub secūda notata fuit/ ex q̄bus uideri posset quot horis æquinoctialibus/ seu quot rēpoz̄ spaciis loca iter sese distarēt ad ortū solis uel ad occasū/ æquū quoq̄ est descripturū Geographiā/ quæ nouerit diligentiori obseruatione notata/ tanq̄ openis sui fundamēta præponere: alia aut̄ a cæteris tradita/ his adaptare/ quousq̄ ip̄soz̄ inuicem situs/ q̄ maxime fieri possit/ cū primis traditiōibus certiores inueniantur.

Quod recentioribus historis credendum: magis sit/ ob mutationes quæ diuersis temporibus in orbe contingunt.

Cap. V.

i Nitiuz̄ igit̄ nostræ descriptiōis/ his prælibatis: sic cōueniēter haberi poterit. Sed cū loca omnia quæ aut ob infinitam eoz̄ magnitudinē/ aut quia non semper eodē modo sese habent/ non oīno satis explorata sunt/ & diuturnius tempus eoz̄ notitiā semp̄ icertiorē faciat/ circaq̄ Geographiā hoc animaduertendū uidet̄/ cum concessum sit extraditionibus uario in tempore editis/ nō nullas nostri continētis partes/ ob excessum suæ magnitudinis/ nōdū ad nostrā puenisse notitiam/ aliquas uero nō quēadmodum sese habent/ ob peragratiū negligētiā/ nobis minus diligenter traditas/ alias aut̄ eē quæ nūc aliter q̄ hæctenus sese habent/ siue ob corruptiōes/ siue ob mutationes/ in q̄bus pro pte corruisse cognitæ sūt: necesse nobis est ad nouas tēporis nostri traditiōes magis intendere/ obseruantes tamen in expositione illorū quæ nunc tractant̄/ & in selectione eorum quæ hæctenus tradita fuerint/ quid sit/ quid ue non sit credendum.

De editione Geographiæ marini.

Cap. VI.

m Arinus igitur tyrius tempestatis nostræ Geographoz̄ postremus: sūmo uidet̄ studio huic materiæ se intulisse. Nam plura explorauisse cognoscit̄/ præter ea quæ hæctenus nota fuerant. Deinde oīum ferme historicorum qui eum præuenerant noticia diligentissime habita: nō tantum quæcūq̄ ab aliis errata fuerant emēdauit: sed et̄ illa quæ ipse idē male tractauerat: quēadmodum in editionibus pictæ suæ Geographiæ: quæ q̄ multa elimauit/ licet animaduertere. Sed si inspiceremus ultio eius operi nihil deesse/ satis & nobis foret: ex istis eius tantum comētariis: absq̄ alioz̄ uestigatio ne/ habitabile nostram describere. Verū cum ipse uideat̄ q̄busdā animaduersione haud satis fidei digna assentiri: præterea circa modū designationis noscatur sapius neq̄ opportuna facilitatis debitam curā; agere: nō indigne moti sumus: uti ad rationē usumq̄; putauimus fore cōmodius: operi conferre & uiro. Quod quippa absq̄ uerborū insolētia: q̄ maxime id fieri poterit: efficere conabimur: utrūq̄ erroris genus attingētes breuiter: uti ratio ipsa dictabit. Primūq̄ id quod ad historiaz̄ attinet quæramus: ex qua opinatur ipse ad maiorem longitudinē uersus ortum solis: ac ad maiore latitudinē in meridiem: quaz̄ fas sit: terram nobis notam produci. Non aut̄ iniquius sup̄ficii distantiam tendentes/ ab occasu ad ortum solis: longitudinem appellamus: atq̄ distantiam a septentrione in meridiem/ latitudinē: cuz̄ in motibus cœlestibus parallelis similiter numcupemus. Præterea q̄ q̄ maxime maiore distantiam longitudinem dicimus/ plane q̄dē concessuz̄ est ab oibus. Distantiam aut̄ nostræ habitabilis/ quæ ab ortu solis in occasum extenditur/ multo maiorem ea esse quæ a septentrione in meridiem uergit.

Emendatio latitudinis marini.

Cap. VII.

p Rimum igit̄ latitudinis terminum ponit & ipse Thylē insulā/ sub parallelo qui plagam maxime septentrionalez̄ terræ nobis notæ terminat/ quē parallelum ostēdit quaz̄ p̄t̄ clare/ ab æquinoctiali distare sexaginta & tribus gradibus/ qualiū est meridianus circulus trecetorum & sexaginta. Eam aut̄ latitudinē notat/ triginta & uno millibus ac quingētis stadiis/ uelut gradus quilibet ex quingētis stadiis proponendus constet. Post hæc regionē Ethiopum Agisymbā noie/ & præsum p̄montonū ponit sub parallelo qui plagā maxie australē nobis cognitam finit/ quē paralleluz̄ sub hyemali tropico sistit.

Quare omnis latitudo inter æquinoctiales & tropicū hyemalē/ac inter Thylē & æquinoctialem: in unū coacta: gradus fere septem & octoginta cōplet: stadia uero quadraginta & tria milia ac quingenta. Conat aut rationem australis finis oñdere p̄ obseruationes qualdā fixarū: ut ip̄e putat: & p̄ itinera qualdā terra maniq; facta: quoz; quodlibet attingemus breuiter. In obseruatione quē fixarū: in tertio operis sui uolumine: sub his uerbis memorat. Zodiacus sup̄ torridam zonam totus fert: ex quo in ipsa umbra mutant: & omnes stellæ oriuntur & occidunt: sola at̄ minor ur̄sa incipit supra horizontē tota uideri in Ocelis plaga septentrionali: stadiis quinq; milibus & quingētis. Parallelus enim p̄ Ocelē gradibus undeciz & duobus quintis eleuat. Ab Hipparcho at̄ tradit: minoris ur̄sæ stellā quæ australior in ea est: quæ ue ultima in eiusdē cauda notat: a polo distare gradib⁹ duodecim & duobus quintis: ac ab æquinoctiali p̄fectis ad tropicū æstiuale/polū arcticū cōtinuo ferri supra horizontē: australē uero magis demergi. Præterea his q; ab æquinoctiali ad tropicū hyemis p̄gunt: australē polū supra horizontē eleuari: septentrionalē uero deprimi. Vnde p̄ hęc euentus sub æquinoctiali: aut iter geminos tropicos solū narrat. Quod aut̄ aliqua notitia p̄ obseruationē fixarū uere habita fuerit: in locis magis australibus quā circulus æquinoctialis minime tradit: ueluti si alicubi stellas australiores q̄ æquinoctialis supra uerticē poneret: seu si meridionales umbras in æquinoctiis ad austrū declinare diceret: aut si oēs stellas minoris ur̄sæ oriri aut occidere oñderet: seu ipsarū aliquas nō oīno uideri/australi polo sup̄r̄ horizontē elato. Per ea at̄ q̄ deinde tradit: qualdam narrat fixas obseruatas fuisse: q̄ tñ mentem suā oīno nō assērūt. Inquit enim eos q; ab indis ad Limyricā nauigāt: ut Diodorus samius narrat in tertio: taurū in altiori eius loco ad mediū cæluz habere/ & Pliadē ad mediū antennarū. Qui aut̄ soluūt ab Arabia ad Azaniā: recta ad meridiē nauigāt: & aduersus Canobū stellā: q̄ illic hippos: hoc est equus appellat: & lōge australior est. Stellæ at̄ q̄ illic uident: apud nos haud noiant: & canis priusq; procyon orit: ac Orion totus ante p̄ctū ubi sol ad tropicū æstiuū cōuertit. Ex his ergo stellarum obseruatiōibus: qualdā habitatiōes manifeste oñdit magis septentrionales quā æquinoctialis: ueluti cuz dicit Taurū & Pliadē fieri supra uerticē nauigātib⁹: hæ enim stellæ circa æquinoctialē sūt. Qualdā at̄ nō australes magis quā septentrionales oñdit. Nā Canobus est uideri p̄t a lōge magis septentrionalibus: q̄ sit tropicus æstiuus: pluresq; ex fixis quæ apud nos semp̄ latēt: i locis magis q̄ nos australib⁹/ac magis etiā septentrionalib⁹ q̄ æquinoctialis: ut circa situz Meroes: supra horizontē uideri p̄nt: quēadmodū ipse Canob⁹ hic supra terrā eleuat: minimeq; ab his uideť

qui magis q̄ nos septentrionales existūt. Hunc quippe qui ad meridiē magis tendūt: hippuz: hoc est equū appellat: nec hoc noīe alia dicitur ex nobis icognitis. Deinde infert se etiā ex mathematicis demōstrationibus p̄cepisse: quod Orion totus apparet ante tropicū æstiuū: his q; sub æquinoctiali habitāt: apud quos etiā Canis: prius q; procyon oriri incipit. q̄ usq; ad Syenē seruat. Ex quibus etiā obseruatiōibus: nihil p̄ptiū aut necessariū esse uidet: q̄ habitatiōis situs magis australes sūt q̄ circulus æquinoctialis.

Eadej emendatio ab itinerū peragationibus.

Cap. VIII.

N peragationibus aut̄ computans itinerū dies sigillatim a magna Lepti ad Agilymbā regionē: hęc uiginti quatuor millibus ac sexcētis & octuaginta stadiis/magis australem q̄ æquinoctialis oñdit. Nauigādo uero dies solutionis a Ptolemaide/quæ est in Troglodytica regione/ad Prassuz p̄montoriū colligens/cōcludit hoc esse australius æquinoctiali/stadiis uiginti & septē millibus ac octingentis. Vnde infert Prassum p̄montorium & Agilymbā regionē: athiopū: quæ etiā ut ipse fatet̄ ab australi plaga nō terminat athiopiā/ in frigida zona oppositi nostri orbis/iuxta eiusdem uiti rōnem sitā esse. Nā uiginti & septem millia stadiorū & octingenta in meridiano constituūt gradus quinquaginta & quinq; & tria quinta/quot gradibus ex altera æquinoctialis p̄te: iuxta eandem cœli qualitates Scythæ sedunt & Sarmatæ: qui septentrionalia paludis Mæotidis incolūt. Reducit igit̄ & ipse numerum stadiorū ad dimidiū: minus ue/hoc est ad stadia duodecim milia: quot hyemalis tropicus ferme distat ab æquinoctiali. Causas aut̄ huiusce sectiōis esse tradit diuersiōes: ac inæqualitatez itinerū: missis his rōnibus: ex quibus nō tantum corripere necessē uidebatur/sed etiā numerū ad medietatē optatā redigere. Primū enim in peragationū narratiōe refert: Septimū flaccuz qui in Libya militauerat: a Garamatib⁹ ad Aethiopas: triū mensium spacio puenisse/uerfus meridiem iter agentem: Iuliū uero Maternū a magna Lepti & a Garamē/una cū rege Garamantum qui Aethiopibus belluz indixerat/uerfus meridiem semp̄ p̄fectū: in quattuor mensibus uenisse ad Agilymbā athiopum regionē: quo scilicet in loco Rhinoceros cōueniunt. Horum utrunq; ex seipso incredibile est: partim q̄ interiores athiopes: nō adeo a Garamantibus absunt: ut spaciū triū mensiū requiratur: cum garamantes ipsi maxime athiopes sint: & sub eodem degant ip̄erio: partim quia ridiculuz est regem per subditas sibi puincias: recta a septētriōe ad meridiē iter egisse/cū uerfus solis ortuz & occasuz/gentes illæ longissimis effundatur spaciis/ & quod nullibi moras iter capidine di-

gnas traxerit. Ex quibus non ab ratione est: uiros aut hyperbolice locutos fuisse: aut sic ad mendiem intellexisse: quæ admodum uulgo dici solet ad austrum uel ad notum: hisq; ab ufos magis: q̄ diligentia ueritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus.

Cap. IX.

Einde nauigationes inducens inrer Aromata & Rapta/ refert quendam Diogenē: ex his unū qui Indiam migrauerant: cum diuertisset: & profectus iuxta Aromata esset: ab arctico borea impulsus fuisse: eunq; ad dexteram Troglodyticam haberet regionem: uiginti & quinque diebus: ad paludes unde Nilus fluit penetrauisse: quibus Raptorum promontorium paulo ad austrum magis extenditur. Theophilum etiam narrat: unum ex his qui in Azaniam soluerant: a Raptis: impulsu austri: uigesima die ad Aromata uenisse. Horum uterq; quot dierum ea nauigatio foret: non expressit. Theophilus quidem: ut inquit: die uigesima applicuit: Diogenes uero uigesima quinta die: iuxta Troglodyticā nauigauit: Vtrq; enim licet retulerit quot diebus nauigauerint: nō tamen aperuit quot dierum ea esset nauigatio/ ob uentorum uarietate atq; mutatione: quā fas fuit in tāto tēpore fuisse. Præterea neq; ad septentrione: neq; ad austrum continuo se nauigasse inquit: sed ait Diogenes se tantum ab arctico impulsus borea: Theophilus uero se nauigasse per austrum. Reliquā aut nauigatione: quod eandē æqualitate continuo seruasset/ neuter rettulit. Non enim credendum est tam multis diebus/ eundē flatus tenorē fuisse seruatum. Vnde & cū Diogenes ab Aromatibus ad paludes quibus Raptorum promontorium paulo australius est: uigesima & quinta die nauigauerit: & Theophilus a Raptis ad Aromata/ quæ distantia maior est/ die uigesima pertransiuit. Præterea asserente Theophilo unius diei naturalis nauigationem/ si secunda fiat/ mille stadiorum esse: tū inquit nauigationē a Raptis ad Prassum promontorium/ quæ multorum dierum est/ a Dioscoro quinque millium stadiorum tantum modo poni. Nam facillime inquit: ut decet: sub æquinoctiali uariantur uenti/ propterea quia accessus iuxta æquinoctialem ex utraq; solis parte perniciores sunt. Ex his igitur æquius erat numero dierum nō assentiri: & propterea (quod efficacius est) quoniam cōputatio facta: athiopes & Rhinocerotū cōuentū: in frigidam alteram zonam oppositā habitabilis terræ extēdit. Ratio enim ipsa asserit/ oīa animalia / omnesq; plantas/ æque similitudine: unam trahere/ sub una cæli qualitate/ aut aeris temperie: hoc est sub eisdem parallelis/ aut sitibus æqualiter ab utroq; polo distantibus: iuxta proportionem: unam omniū æqualitatem esse. Quare Ma-

rinus iuxta hyemalem tropicum latitudinem perstrinxit/ nulla præbita ratione tantæ contractionis: si admittat quis dierum numerum/ & peragratorum nauigationumq; seriem: quæ ipse exprimit. Sed hoc animaduertens ille/ numerum tantummodo diurnorum stadiorum minuit: idq; præter modum & consuetudinē agit/ quousq; ad opratum & opportunum parallelum deueniatur. Agendum autē contra fuit. Nam diurna quidē peragratorum: eidemq; possibili facile fuit credendum/ æqualitati uero itinerum. seu nauigationum/ aut quod per lineas rectam omnino itum fuerit/ assentiri minime decuit/ cum ex his distantia quæ sita non posset haberi: sed nouisse fas fuit/ quod eadē latitudo ultra æquinoctialem protēderetur. Sed hoc ipsum ex certiori modo/ obseruatione sc̄ quorundam superiorum/ cognoscere erat æquius. Quod continuo diligentissime explorasset quis/ si ex mathematicis plane cōsiderauisset/ quæ in illis regionibus accidunt. Cum uero animaduersio hæc haud habita fuerit/ relinquitur ut quod magis ratio dicat/ simplicius quantitatem distantia/ quæ æquinoctialem egreditur/ animaduertamus. Habetur autē id per genera atq; formas coloresq; animantium ibi degentium. Ex quo non uideretur consequens esse/ parallelum Agilymbæ regionis quilibet athiopes existētis/ usq; tropicum hyemale attingere/ sed circa æquinoctiale terminari. Non enim apud nos in locis illi oppositis/ hoc est sub æstiuo tropico/ colores habentur athiopes/ neq; rhinocerotes aut elephantes sunt: sed in locis non multo australibus modice nigrēt quæ admodum. qui intra Syenē triginta schoenis habitāt: quales ob eandē causam Marinus ipse describit esse Garimantas/ quos nec in ipso æstiuo tropico/ nec magis eodē tropico septentrionales/ sed longe australes esse tradit. In locis autē circa Meroem abunde sunt nigri/ & cum primum per athiopes/ ubi & elephantum & monstrorum animantium genus alitur.

Quod nō ponēdi athiopes sunt magis australes q̄ parallelus oppositus parallelo per Meroem.

Cap. X.

Vare huc usq; actus bene uideri poterit: hoc est quousq; traditio illuc nauigantium narrat: athiopes Agilymbam regionem & prassum promontorium: cæteraq; quæ in eodē parallello sunt sita: in opposito per Meroem parallello describere. Id aut erit in situ distantia ab æquinoctiali uetus meridies gradibus pariter sexdecim ac tertia & duodecima: stadiis uero octo millibus ac ducentis ferme. Quare tota eiusdem habitabilis latitudo pene colligitur graduum septuaginta & nouem ac tertia & duodecima/ uel ad summum octuaginta: stadiorum uero quadraginta

millium: distantia quippe inter magnā Leptē & Garamam/ quē admodum Flaccus atq; Maternus tradiderunt/ stadiorum ponitur quinque millium pariter ac quadringentorum. Vigesima nāq; dies secunda profectio est emendata post primum iter/ ut rota ad meridiem uel ad septentrionem directa sit: cum primus iter/ ob flexiones: dierum triginta fuerit (numerū autem stadiorum cuiusq; diei eos exposuisse memorat: qui ad id iter sepius peragrauerunt) Quod non tantum pulchre: sed necessario animaduersum est: ob aquandi diuersiones. Quē admodum autem de raris: magnis: ac nondum recte exploratis distantis dubitandum est: sic illis quæ nec magnæ: nec raræ: sed sapius a multis peragratae sunt: credi fas est.

Quæ de longitudinea marino male tradita sūt:

Cap. XI.

D quantum igitur spacium situs nostræ habitabilis congrue extendi in latitudine possit: ex his nobis manifestum est. Longitudinē uero Marinus inter duos meridianos notat: quindecim horarum spacium continentis. Nobis autem uidetur distantia uersus solis octum plusq; deceat extendi: quæ si contrahatur iuxta fas debitum: non integra duodecim horarum spacium constituere posse uidebitur: cum in ultimo occidentis termino similiter ponantur insulæ fortunatæ: plagam uero maxime orientales Seres: Sinæq; atq; Cattigarum terminēt. Distantiam enim ab insulis fortunatis ad transitum Euphratis: per Hierapolim: sub parallelo per Rhodum similiter seruamus & nos: cum numero stadiorum ab ipso sigillatim exposito: partim ob frequentem itineris usum: partim quia in maioribus distantis uidetur & ipse recte collegisse id quod ex flexionibus & inæqualitatibus itinerum emendandū fuerat. Deinde etiam qui ponit gradum unum qualium est circulus maximus trecentorum & sexaginta in superficie terræ quingenta stadia interciperet: quod ex notis certisq; dimensionibus liquet. Similē autē ipsi circumferentiā Rhodiensis paralleli: hoc est distantis ab æquinoctiali triginta & sex gradibus: quadringentorum ferme stadiorū esse exponit. Quod enim in eis æqualitatem rectam excedit: secundū rationē parallelorum: ex paucitate suā pinguiori donatur cōputo. Distantiam uero quæ ab ipso transitu Euphratis usq; ad Turrim lapideā comprehenditur: inquit ipse schoenorum octingentorum ac septuaginta & sex esse: stadiorum uero uiginti & sex millium ac ducentorum & octuaginta. Deinde a Turri lapidea usq; ad Seras metropolim Serarum: iter esse dicit septimestre: stadiorum aut triginta & sex millium ac ducentorum. Verum ut ambas distantias ad eundem parallelum re-

digamus: iuxta æquam contractionem: utraq; emendemus. In ambabus quippe peragratiōnibus nō uidet ipse diminuisse quod ex enormitate circumflexionum superest. Fraterea & in secundo etiam itinere in eisdē uidetur incidisse fallacias: in quibus a Garamantibus ad Agisymbam lapsus est. Ibi enim computato stadiorum numero p̄ menses quattuor: coactus est eum plusq; ad medium restringere. Possibile quippe non fuerat p̄ tot dierum spacium iter semp̄ uniforme fuisse: quod in septimestri peragratiōne etiam contigisse haud absurdum est. Immo magis consonum q̄ in itinere garamantum. Illud enim iter a rege prouinciæ actū est: cum non parua: sicut decuit: diligentia: deinde sub cœlo omnino sereno. Peragratiō ar̄ a Turri lapidea ad Seras: ualidiores suscipit hyemes. Subiacet nāq; ut ipse ponit: parallelis p̄ Byzantium Hellepontumq;. Quare & propter hoc dilatiōes multas in itinere ipso fieri necesse fuit: cū eius profectiōis causa negociatio esset. Refert enim Maen uirum macedonem qui & Ticianus dicebatur: patre & ipso negociatore genitum: huiusce itineris dimensionē notauisse. Non quod ipse ad Seras perrexerit: sed q̄ eo aliquem destinauerit. Sed negociatorum relatiuis & ipse haud assentiri uidetur. Vnde Philemoni non annuit: qui longitudinē Iuerniæ insulæ ab ortu solis ad occasum: uiginti dierū exponit. Memorat enim ipsum a negociatoribus eam percepisse: quos negligentiores ueritatis esse scribit: circa ipsorum cōmercia occupatos. Eisdē etiā ipse inquit sapius ex inani quadam ambitione distantias maxime augere. Hic autē in septimestri profectiōe nihil memoratū dignū rettulisse eos qui id iter dimensi fuerint: pro magnitudine temporis: monstrum est.

Emendatio longitudinis nostræ habitabilis a peragratiōnibus.

Cap. XII.

Vam ob causam: & quoniam id iter sub uno solo parallelo non est: sed lapidea turris circa Byzantii parallelum: & Seres: australes magis sunt quam parallelus per Hellepontum: æquum uidetur multitudinē stadiorum ex septimestri itinere collectorum: hoc est triginta & sex millium ac ducentorum: non ad minus q̄ ad medium secare: sed pro expeditiori intellectu: ad solam medietatem. Ut computari possit data distantia stadiorum decē & octo millium atq; centum: graduum uero quinque & quadraginta cum quarta. Et enim præter rationem est: & omnino absurdum: in utraq; hac peragratiōne tantæ sectioni non assentiri: ac in itinere Garamantum eandē contractionē concedere eo quod in promptu ratio est: differētia scilicet animantium degentium in Agisymba

regione: quæ nequaquã possunt præter naturalia sibi loca traduci. A turri uero lapidea ad Seras/id pari modo non acceptare: eo quod eadem redargutio illic adduci nequeat: sed per totam distantiam siue minor ea sit: seu amplior: similis ipsius aeris qualitas & impressio sit. Quæadmodum si quis quia in furto deprehendi nequeat: iusticiam negligat: contra ipsius philosophiæ documenta. Vnde primam distantiam/quæ scilicet est ab Euphrate ad turrim lapideam: octingentorum ac septuaginta & sex schoenorum: ob itinerum flexiones: ad octingentos tantum schoenos contrahimus: stadia autem uiginti & quatuor millia. Quod ita esse creditur ob itineris particulares dimensiones: ac regionum crebros aditus: quibus id iter potitum est. Quod autem diuerticula plura habeat: manifestum est ex his quæ Marinus ipse ponit. Peragratiorem enim a transitu Euphratis iuxta Hierapolim per Mesopotamiam ad Tigrum: & hinc per Garamantas iter Assyriæ Medorumque ad Ecbatana: portasque caspias. Præterea parthiæ ad Hecatopylon: fas est per parallelum Rhodi, suscipere. Hic enim circulus per dictas regiones scribitur. Viâ uero ab Hecatopylo ad Hyrcaniam ciuitatem: necesse est ad arcton declinare: Hyrcania ciuitate in medio prope modum posita parallelorum Smyrnæ & Helleponti. Nam parallelus Smyrnæ sub ipsa regione Hyrcaniæ designatur. Helleponti uero per australes plagas pelagi Hyrcani: quæ parum magis septentrionales sunt quam ipsa Hyrcanorum ciuitas a nomine regionis suæ appellata. Deinde iter ab hac ad Margianam Antiochiam per Ariam/ primo ad meridiem respicit: cum Aria sub eodem parallelum quo portæ caspiæ sita sit. Post ad arcton inclinatur: cum Antiochia iuxta Helleponti parallelum sit posita: a qua aditus ad Bactra uersus solis ortum extenditur. Hinc autem ad ascensum montium comedorum: itur uersus septentriones. Via præterea quæ montana hæc egreditur: ac perducit ad uallem quæ campestris excipit: ad meridiem tendit. Horum quippe montium septentrionalia: & quæ magis occidentalia sunt: ubi ascensus est: ponit sub parallelum Byzanti. Quæ uero australia: & ad ortum solis uergunt: sub parallelum helleponti. Nam montana ipsa tradit ad ortum solis: palam quasi extensa: ad austrum quodammodo declinare. Inde quinquaginta schoenorum inquit ad lapideam usque Turrim: ad arcton æque uergere. Vallem enim egressos: Turris: ut inquit: lapidea excipit: a qua montes qui ad orientem solem progrediuntur: Imao coniugit: qui a Palimbothris ad septentrionem protenditur. Simul ergo collectis gradibus sexaginta: qui notati sunt: per uiginti & quatuor millia stadiorum cum gradibus quadraginta & quinque & quarta (tot enim sunt a Turri lapidea ad Seras) comprehendit tota distantia ab Euphrate ad Seras in paral-

lelo Rhodiensi graduum centum & quinque cum quarta. Colliguntur præterea ex dimensionibus quas ipse supponit sub eodem parallelum gradus alii: ut dicitur. Primo a meridionali notato per insulas fortunatas: usque ad Sacrum hispaniæ promontorium: gradus duo & semis. Deinde ad Bæti fluminis ostia: post hæc bætio ad angusta atlantici pelagi: atque Calpem: similiter gradus duo & semis in unaquaque distantia. Hinc a præfatis angustiis usque ad Caralim Sardinia: gradus uiginti & quinque. A Carali autem ad Lilybæum Sicilia: quatuor & semis. A Lilybæo ad Pachynum: tres. Moxque a Pachyno ad Tanarum Laconia: decem. Inde ad Rhodum: octo cum quarta. A Rhodo ad Issum: undecim cum quarta. De hinc ab Issu ad Euphratem: duo & semis. Colliguntur itaque totius huius distantia gradus: septuaginta & duo. Quare omnis longitudo terræ nobis cognita: hoc est a meridiano designata: seu terminata ab ultimo occasu insulas Fortunatas usque ad Seras: graduum centum ac septuaginta & septem cum quarta adnotatur.

Eandem emendatio ex navigationibus:

Cap. XIII.

Oniectare quis posset tantundem esse longitudinis spatium: etiam ex distantis quæ a Marino tractantur nauigando ab India usque ad sinum Sinarum atque

Cattigara: si quam maxime propius ratio habeatur adiectionis sinuum ac inæqualitatum nauigationum/ situumque ipsarum regionum. Post enim Colchorum sinum a promontorio quod nuncupatur Cory: suscipi inquit sinum Argaricum: constareque usque ad Curulin urbem: stadiis tribus millibus ac quadraginta. Addeque eam ciuitatem sitam esse ex parte boreæ eiusdem Cory promontorii. Colligi igitur posset ea transfretatio: tertia parte deducta: iuxta normam Gægetici sinus: stadiorum ferme duorum milliū ac triginta: cum tota uentorum inæqualitate. Ex quibus ut ad continuū unumque cursum deueniat: tertia etiã parte sublata: relinquent stadia mille ac trecenta & fere quinquaginta: iuxta boream situm. Quo redacto ad situm æquinoctialis parallelum: & ad uentum Subsolanum: deductione medietatis: iuxta rationem anguli transumpti: habebimus distantiam interceptam a duobus meridianis: hoc est ab eo qui per Cory promontorium scribitur: & ab illo qui per Curulin adnotatur: stadiorum sexcentorum ac septuaginta & quinque: graduum uero fere unius & parte tertia. Horum enim situum parallelum: nulla memorabili nota a maximo circulo differunt. Deinde a Curuli urbe nauigationem inquit esse uersus hyemalem solis ortum

usq; paluram: constareq; stadiis nouem milli-
bus ac quadringentis & quinquaginta. A qui-
bus tertia etiã parte dempta/ob uentorum cur-
sumq; inæqualitatē: habebimus ad unū con-
tinuū motū ad Eurū fere directū: distantiã sta-
diōꝝ pene sex milliū ac trecētoꝝ. A qbus sextã
partem deducentes: ut redigat distãtia ad paral-
lelū æquinoctialē: inueniemus distantiã horū
meridionalium stadiōꝝ esse quinq; milliū ac
ducentorū & quinquaginta: graduū uero decē
& semis. Hinc Gangeticum sinum ponit no-
uem milliū stadiorum. A paluri autē ad Sanda-
dam urbeꝝ: quasi uersus ortū solis æquinoctia-
lem p eundē nauigando sinū: tradit tresdecim
milliū stadiorū. Et quoniam ad æquinoctialē
ortuꝝ diriguntur ferme cursus: ex motu inæqua-
litate: tertia tantum pars ab eodē deducit nu-
mero. Quo facto relinquet ut eorū meridiona-
lium sit distantiã stadiōꝝ octo milliū ac sexcē-
torū & septuaginta: graduū uero decē & septē
cum tertia. Deinde nauigationem a Sanda ad
urbeꝝ Tamala facit stadiōꝝ triū milliū ac quin-
gentoꝝ aduersus hyemalē solis ortū. Pro in-
æqualitate autē cursus iterū partē tertiam dedu-
centes: habebimus in motu continuo stadia
duo millia & trecēta ac triginta. Ob inclinatio-
nem uero ad Eurum partē sextam inde sumen-
tes: inueniemus distantiã expositorū meri-
dionalium stadiōꝝ mille ac noningentoꝝ & qua-
draginta: graduū autē fere trium & semis cū ter-
tia. Post hæc transitū a Tamala ad Aureã Cher-
sonesum: tradit stadiorum mille ac sexcentoꝝ:
etiam uersus hyemala ortuꝝ. Quare & ab hoc
numero æque deductis similibus partibus: re-
linquet meridionalium ipsorū distantiã stadiorū
octingentoꝝ: graduū uero unius cū quatuor
quintis partibus. Vnde colligi potest distantiã
a Cory promontorio ad auream chersonesum:
graduum triginta & quattuor cum quattuor
quintis partibus esse.

De nauigatione ab aurea chersoneso ad cattigara

Cap. XIII.

Vmerum stadiorum nauigatio-
nis ab Aurea chersoneso ad Cat-
tigara Marinus non tradit. Ale-
xandrum autē referre dicit terram
hinc opponi meridiei: eosq; qui
secus ipsius littora nauigant: intra uiginti dies
ad urbē Zabas puenire. A zabis autē in austrū
nauigando: præcipue læuorsum: intra dies ali-
quot Cattigara puenire. Auget quidē distantiã
ipse positã: intelligēs dies aliquot pro pluribus.
Inquit enim ob multitudinē eos nūero mini-
me cōprehēsos fuisse: quod ego ridiculū existi-
mo. Quis enim dierū numerus infinitus est:
etiã si totius orbis ambitus exprimendus sit?
Quid autē Alexandrū coegit: ut cū diceret aliquot:
intelligeret plures: cū de Dioscoto dicat pluriū

dierū nauigationē a Raptis ad Prassum descri-
psisse. Aequum quippe magis est ut intelligat
quis aliquot pro paucis: quo. s. modo dici soli-
tum est. Sed ut non uideamur & ipsi ad multi-
tudinē quãdam certam distancias coniectare:
cōferamus nauigationē ab aurea Chersoneso
ad Cattigara: nauigatiōi factæ ab Aromatibus
ad Prassum ptomontoniū: compositam scilicet
uiginti dieꝝ ad Zabas: & aliquot aliorū ad Cat-
tigara: sicut ea quæ est ab Aromata ad Prassum
promontoriū posita & ipsa & uiginti similiter
dierum ad raptã: iuxta theophilū: ac aliorū plu-
rium: ad Prassum secundū Dioscotoꝝ: ne quẽad-
moduꝝ fecit Marinus: aliquot dies p pluribus
æque admittamus. Cū ergo & ex ratione mani-
festa: & ab ipsorū obseruatione supiorū: ostē-
derimus Prassum sitū habere sub parallelo di-
stanti cōtra meridie: ab æquinoctiali gradibus
sexdecim cum tertia parte ac duodecima: & ab
eodē æquinoctiali uersus septentrionē: paralle-
lus p Aromata distet gradibus quatuor cum
quarta: colligitur distantiã ab Aromatibus ad
Prassum constare gradibus uiginti cū duabus
tertiis. Vnde nō incōgrue totidē graduū ab au-
rea chersoneso ad Zabas: & hinc ad Cattigara:
ponēda distãtia est. Ab aurea at Chersoneso ad
Zabas: cornipe distãtia nō oportet: quia p inde
transigit: ac si sub æquinoctiali circulo sita fo-
ret: cū ea quæ interiãt loca: meridiei opposita
ptendant. Distãtia uero a Zabis ad Cattigara
cōtrahere decet: cū nauigatio ea sit uersus Notū
& plagã orientalē: ut sitū ad normã æquinoctialis
habere possimus. Si ergo medietatē graduū tri-
buamus utriq; distãtia: ppter ignotū excessuꝝ
ipsius: deinde tertiã partē graduū: q sūt a Zabis
ad Cattigara decē cum tertia: demamus: ob in-
clinationē annotatã: habebimus distantiã ab
Aurea chersoneso ad Cattigara æquatam situi
æquinoctialis: graduū decē & septē ferme cum
sexta. Ostensuꝝ autē est a Cory pmontorio usq;
ad Aureã chersonesū gradus esse triginta ac qua-
tuor cū quattuor quintis. Vnde tota distantiã a
Cory usq; ad Cattigara: graduū fere quinquã-
ginta & duorū colligit. Sed meridionalis qdem
qui scribit p principium Indi fluminis: paulo
iuxta Marinū est occidentalior pmontorio septē-
trionali insulæ Taprobanes qd cory opponit:
& ab hoc distat meridionalis designatus p ho-
stia Batis fluuii: horarū spaciis octo/gradibus
uero cētū ac uiginti. Præterea meridian⁹ huiusce
Batis a meridiano notato p insulas fortunatas
abest gradib⁹ qnq; Vnde colligit meridianū p
Cory: a meridiano p insulas Fortunatas descri-
pto: distare paulo plus centū ac uiginti & qnq;
gradibus. Meridianū uero p Cattigara a meri-
diano earūde insularū: paulo etiaꝝ plus centū &
septuaginta ac septē gradib⁹: iuxta eandē ferme
distantiã graduū collectorū in parallelo Rho-
diensi. Sed ponat longitudinē usq; metropo-
lim Sinarū itegroꝝ esse graduū centū ac octo-

ginta: horarum uero duodecim: cū fateant̄ oēs eam magis orientālē esse q̄ Cattigara. Colligit̄ ergo longitudinem per insulam Rhodum stadiorum esse septuaginta & duotum millium.

De his quæ in expositione particulari marinus dissentit.

Cap. XV.

Istantias generales sic ergo cōtra ximus: lōgitudinis scilicet in plagam orientalem/ac latitudinis in septentrionē: ex causis prænotatis. Præterea quarundam ciuitatū situs: in locis pluribus emendādos existimaui mus: ubi repugnantes & reprobantes expositiones tradidit: iuxta diuersas annotationes & uariis & incertis sumptas editionibus: quē admodum in locorum oppositionibus iniquius pceptis. Tarraconē etenim inqt̄ opponi Cæsariā: quæ Iulia appellatur: ac p̄ hanc dicit meridianū duci: & per montes pireneos: q̄ nō pauco magis oriētales sūt quā Tarracon. Pachynū opponi magnæ Lepti et̄ memorat: Himeram Theānis. A pachyno uero ad Himerā: distātiā esse colligit̄ quadringetorū stadiorū. A lepte aut̄ ad Theānas: ultra mille ac quinquaginta stadia esse tradidit: ex q̄bus Thimostenes asserit. Deinde Tergestu3 dicit̄ opponi Rauēnā. Ab interiori uero sinu adriatici maris qui iuxta Tilauētum fluuiū est: distare inquit Tergestu3 uersus æstiuū solis ortū: stadiis quadringentis ac octoginta. Rauēnam uero uersus hyemalē ortum: stadiis mille. Similiter Chelidonæas: refert̄ oppositas esse Canobo. A camāta aut̄ Papho: Paphu3 Sebēnitico. Distātiā uero a Chelidonæis ad Acamāta: ipse et̄ ponit stadiorū mille. A canobo ad Sebēnyticu3: a Timosthenepōnit̄ ducē torū & nonagita. Atqui si sub eisdē meridianis hæc distātia esset: proculdubio maior esse deberet: quia subiaceret circumferētiā maioris paralleli. Deinde dicit̄ Pisā a Rauēna distare uersus notum stadiis septingētis: Per partitionē uero climatum & horas: Pisā in tertia: Rauennam autē in quarta hora describit. Londinio et̄ britannicæ Noemagum cu3 retulerit australiorē quinquaginta & nouē millibus passuorū: magis borealē ipsam p̄ climata demonstrat. Et athos mons cum in parallelo p̄ Hellepontū situs ab ipso esset: Amphipolim & loca sibi circūstātia supra Atho: & strymonis fluuii hostia sita sub Hellepōto in quarto climate ponit. Similiter cū Thracia fere tota sub parallelo Byzantiū locata sit: omnes ipsius urbes mediterraneas in climate q̄d supra eundē parallelu3 est adnotat. Trapezuntem et̄ dicit̄ se locaturum in parallelo byzantiū. Deinde Satala armenicæ ostendēs esse a trapezunte uersus meridiē sexaginta millibus passuum: in descriptione parallelorū byzantiū: parallelū p̄ Satala: non p̄ Trapezuntem

ducit. Nilum præterea pollicet̄ ad unguem se descripturum: ex quo primum a meridiana plaga ad septentrionē/ usq; Meroem descēdisse uideat̄. Similiter & nauigationē ab Aromatibus ad lacus ex quibus defluit Nilus/ septentrionali uento fieri inquit: Aromata autē multo orientalia magis sunt q̄ Nilus. Ptolemais enim theron/ magis orientalis est q̄ Meroe & q̄ Nilus/ decē aut duodecim dierū profectio. Deinde angustiora/ quæ iuxta Ocelē Cheronesum/ & Direm sunt/ magis oriētales esse constat Ptolemaide / & sinu adulico/ stadiis tribus millibus & quingentis. Præterea etiam illis orientalius est magnorum Aromatum promontorium: stadiotum quinque millibus.

Quod quædam prætermisit de regionū finibus.

Cap. XVI.

Misit ipse quædam in referendis regionum finibus: quemadmodum cum totā Mysiam: a plaga orientali mari pontico terminat. Thraciam ab occasu: Mysia superior. Præterea Italiā a septentrione nō Rætia aut Nonico tātum: sed Pānonia finit Pānoniæ aut̄ fines a meridiana plaga ponit esse Dalmatiā tātum: Illiride obmissa. Mediterraneos etiā Sogdianos: & Sacas: a meridie indis conterminos esse tradit. Qui duo autem paralleli magis septentrionales sunt q̄ mons Himaus: qui maxime tēdit ad arcton: per byzantiū & Hellepontum: neq; p̄ gētes præfatas ab ipso descēbunt: sed præcipue qui per mediū ipsū pontū est.

In quibus etiam marinus dissentit ab historicis nostri temporis.

Cap. XVII.

Is atq; huiuscemodialiis nō recte animaduertit Marinus: siue ob multitudinē disunctionemq; uoluminum: siue quia: ut ipse refert̄ ad postremam suam editionem tabulæ describendæ nondū peruenerit. Per quā/ ut inquit/ climatum: & distantiarum horarum emendationē fecisset. Quædam deinde præter hæc ponit: quibus nostra temporum cognitio non consentit: quæ admodum de sinu Sachalitis/ que3 tradit situm esse a parte occidentali Syagri promontorii. Omnes autē unanimiter qui per ea nauigant loca: plane fatentur eum ab orientali parte Syagri esse: & Sachalitem regionem dicunt Arabiā: & ab ea sinum denominatum. Semylla etiam Indorum emponium tradit: non solum magis occidentalem esse q̄ Cumarum promontoriū/ sed q̄ Indus amnis. Id aut̄ tantum australius phibetur q̄ ipsius flumi

nis ora: ut ab his fertur qui hinc eo nauigaue-
runt: plurimūq; ea explorauerūt loca: & ab his
qui illinc ad nos puenere. Vocat autē id Timu-
la ab indigenis: a qbus plura alia circa Indiam
eiusq; puincias particularius didicimus. Præ-
terea itenus multa hausimus/ab hac sc3 puin-
cia usq; aureā chersonesum: & hinc usq; Catti-
gara. Nouimus et qd̄ illuc transfretantiū cur-
sus/ad solis ortū est: indeq; redeuntiū: ad occa-
sum. Referūt et intractabile & iniquū nauiga-
tionū tēpus: quodq; ultra Sinas: Serarū regio
est: Serarq; metropolis. Deindeq; ea quæ ma-
gis ad ortū uergūt: icognita sunt: quæ stagna
habent paludosa: in qbus arundines adeo ma-
gnæ spissæq; fiunt: qd̄ ex apprehensu earū: fiat
trāsitus. Quodq; nō solū inde ad bactrianā est
iter p lapideā turnim: sed ad Indos p Palimbo-
thra. Quæ autē uia est a Metropoli Sinarū ad
portū cattigarā: occasum respicit ac meridiem.
Quare ea nō icidit in meridianū p Seras atq;
Cartigara ductū: ut a marino tradit: sed in qui-
busdā magis oriētalibus. Didicimus et a nego-
ciatorib⁹ q a felici Arabia ad Aromata nauigat:
ac Azaniā: atq; rapta/quæ oīa barbariam pprie
nūcupant: nauigationē hanc non esse pprie ad
meridiē: sed ad occasum atq; meridiē. Trāsitus
autē a raptis ad prassū: ad ortū solis & meridiē.
Stagna et a qbus Nilus defluit: nō esse penes
mare ipm: sed interius p multū: ac seriem pfe-
ctionis a littore Aromatū & a Copis/ad Rapta
promontoriū: aliaz esse q̄ Marinus exposuē.
Præterea nauigationē diei naturalis illic mul-
torū stadiorū nō colligi: ex facili uētorū mutatio-
ne qui sub æqnoctiali sunt: sed circiter quadrin-
genorū aut quingentorū stadiorū existere. Esse
autē sinum primū cōtinuū Aromatibus: in quo
post unius diei iter ab Aromatib⁹: Pano uillā
esse/ac Oponē emporiū: distās a pano uilla die
bus sex. Post at id emporiū: aliū tradunt excipi
sinum Azaniæ ongo: in cuius exordio zingina
esse p̄montoriū: & Phalangida montē t̄nbus
insignem capitibus: uocariq; solū hunc sinum
Apocopa: trāsitiūq; habere duorū dieꝝ natura-
lium. Deinde post hunc suscipi aiunt id/quod
paruū littus dicit: hōc q; triū esse distāciā. Post
quod aliud qd̄ magnū littus appellat: quinq;
distāciā: qui ambo numeri nauigationē ha-
bere ferunt naturaliū dieꝝ quatuor. Coniungi
autē istis alium sinum narrant: in quo emporiū
est nomine Essina: post duorū dierū et natura-
lium transitum. Postq; Serapionis nauticā sta-
tionem: ad unius diei nauigationē: hincq; in-
cipi sinum memorant qui ad Rapta ducit: trās-
situm habens trium etiā naturalium dierum.
Ac in huius principio emponiū esse aiunt To-
naca dictum. Inde iuxta raptum p̄montoriū
fluuium esse memorat: Rhaptum appellatū:
& metropolim eodē nomine dictā: nō procul a
mari ipso distantem. Sinum postea qui a Ra-
ptis ad promontorium Prassum extendit: qui

uelicet maximus sit non tñ uastæ altitudinis
est: circumhabitant barbari anthropophagi.

De incommoditate qua marinus usus est in
designatione orbis.

Cap. XVIII:

Væ iuxta traditionem historiarū
memoratu quodam digna fue-
rint: huc usq; tractata sint. Sed
ne forte quibusdam uideamur
scrupulum mouisse/minimeq;
soluisse/erunt quippe nobis omnia p particu-
larem ipsorū expositionē nota. Reliquū est ut
quæ ad descriptionis ipsius rem pertinent/ani-
maduertamus. Duplex ergo cum forma sit hu-
ius operis/nam cum primo ea sit/quæ sup̄ficiē
nostræ habitabilis in sphærico ponit/deinde
ea quæ in plano notatur/unum ambobus cō-
mune est/facilitas scilicet operis/hoc est quo-
modo etiā absq; exemplari picturæ/ex solis cō-
mentariis/q̄ maxime fieri possit/descriptio co-
moda habilis q; in tabula fiat. Semper enim a
prioribus exemplaribus noua condere/p ui-
tium paulatim conceptum/ad dissimilitudinē
maximam duci solitum est. Siq; modis qui p
cōmentaria captatur/fortenon sufficit ad con-
dendam tabulam his quibus exemplar imagi-
nis deest/omnino impossibile fiet optato quo-
dam potiri. Id modo pluribus accidit in mari-
ni opere. Non enim/ex ultima eius editione/
exemplares tabulæ ponuntur/sed ex cōmen-
tariis eam exprinere conatur. fallunturq; pla-
ne in pluribus/ob ineptam operis illius formā
atq; confusionem/ueluti cuilibet rem experto/
intueri licet. Cum enim ex quolibet notato-
rum locorum necesse sit situm longitudinis si-
mul ac latitudinis habere/ut loca ubi oporteat
possint figi/in editione Marini/id cōfestim in-
ueniri non potest. Alibi enim latitudines so-
lum diuisim tradit/ut res tulit/in notatione pa-
rallelorum/alibi tantum longitudines: ceu in
descriptione meridionalium: nihilq; amborū
simul haberi cōmuniter potest: sed in his paral-
lelos/in aliis meridionales inuenimus positos/
ut habita una positione desit altera. Sed cum p
cōmentaria rem agimus/necesse sit utrorūq;
cognitionem simul haberi/cum in oibus ali-
quid semp de alterutro situ habeatur. Et si sigil-
latim in eis nō pquiremus/quæ p totū opus
de uno loco tradunt/in multis falleremur/quæ
aīad nersione digna sunt. Præterea in ciuitatū
positiōe eas facilius describemus quæ in litto-
ribus sitæ sunt/quodāz in ipsis seruato ordine.
In locatione uero earū quæ intra cōtinentem
sunt/nō idem obtigit/cū ipsarū situs minime si-
mul notatus sit/præter q̄ paucarum/in quibus
quodāmodo contingit longitudinem hic/ & la-
titudinem ibidem prænotatam fuisse.

De commoditate nostri operis in designatione orbis.

Cap. XIX.

Nde nos laboreꝝ suscipimus geminū. Primū ut intentionē uiri: quaz p totū opus habuit: teneamus: praterq̄ in his quæ emēdatione potita sunt. Deinde ut ea quæ eidē haud nota fuerūt: partim ab historia: noticiā haud habitā: partim ob senē diligentiorꝝ tabularꝝ: congrue q̄ maxime fieri pōt describantur. Curam præterea ēt adhibuimus de cōmodiori usu in oibus regionibus: statuētes ipsarꝝ limites quos particulariter habeāt situs in longitudine ac latitudine. Deinde de regionū ipsarꝝ gētibus nota dignis: quomō inter sese locatae sint. De insignioribus præterea urbibus: fluuiis: sinibus: montibusq; ac cæteris oibus quæ in tabula ipsa præbere possent distātiā ad uersione quapiā dignas: hoc est quot gradibus qualiū est maximus circulus trecētū & sexaginta: distat in lōgitudine meridionalis p locū descriptus: a meridionali qui ultimū finē occasus terminat. Secundū uero latitudinē: quantū distat parallelus p ipm descriptus locū: ab æquinoctiali: in ipso meridiano. Sic enim extēplo cognoscere potēmus cuiuslibet loci positionē particulariter: & ipsarꝝ regionū situs quomodo inter sese: ac ad totum orbem: locatae sint.

De inaequalitate dimensionis tabulae marini.

Cap. XX.

Esriptio autē utraq; p se quoddam proprium hēt. Nā in sphaera orbem notat/propriaꝝ figuræ similitudinē trahit: nec ad hoc artificioso quodā eget opere. Non tamē magnitudo facile captat quæ continere loca plurima possit: eorꝝ quæ necesse est collocari: neq; præbere pōt id opus: ut figuram simul totā inspiciamus: sed e duobus alterꝝ eo oportet traducere quo fert itētio: hoc est/aut oculū/aut sphaerā. In plano aut nihil horꝝ impedimētorꝝ est. Modus uero quidā requiritur: ut similitudo ad imaginē sphaericā habeat: ne distātiā in plano cōstitutā: minus pportionē seruet/ sed inter sese æquata q̄ maxime sint in superficie plana/ quēadmodū sunt in uera. Hoc marinus nō parui existimās/ reiectis omnibus modis descriptionis in plano/ tñ & ipse usus esse uidetur ea tabulae forma/ quæ maxie dimēsiōnes iniquas faceret. Lineas enim quæ pro circulis scribunt parallelorꝝ/ ac meridionalium/ rectas oēs instruit. Meridionales etiam inter sese ipsas in modum rectorꝝ parallelorꝝ inscribemus. Solum aut Rhodi parallelū cōmēsurabilē ipse seruauit cū meridiano/ iuxta rationē fere sexquiquartam similiū circumferētiarū sphaericarū maximi circuli ad parallelum distantē ab æquinoctiali gradibus triginta & sex. Aliorum uero curam

non habuit: neq; de proportione dimēsiōnū/ neq; de aspectu sphaerico. Primo enim cōstituto oculo in medio quartæ partis sphaeræ septentrionalis/ in qua plurima pars habitabilis terræ describitur/ meridionales quidem possunt phantasiā rectorū linearū habere/ quando ex circuliatiōe quilibet nobis ex opposito statuatur/ cadatq; planus eiusdē ut oculus supra uerticē illi sit. Hoc parallelis nihilominus non contingit: propter eleuationē poli septentrionalis: sed partes circuloꝝ clare demōstrant curuationes ad meridiē uerti. Deinde iuxta ueritatē ac phantasiā: cum idē meridiani similes quidē: sed in æquales circumferētiā in differētibus magnitudine parallelis intercipient: & semp maiores sint quanto magis ad æquinoctialē accedunt. ipse Marinus omnes æquales facit: spacia climatū magis septentrionalium quā parallelus p Rhodum/ ultra æquū extēdes: & alia quæ eodē magis australia sunt/ plus æquo diminuēs. Ex quo sequitur distātiā locorꝝ minime adaptari posse stadiorꝝ dimēsiōnibus ab eodē expositis: sed eas quæ sub æquinoctiali sunt/ maxime sua qnta pte deficere: quoniam parallelus p Rhodum æquinoctiali minor est. Distātiā aut quæ sub paralelo p Thylē sunt/ auget quatuor qntis: quora parte parallelus p Rhodum maior est paralelo p Thylē. Ferme enim qualiū gradū æquinoctialis: aut meridianus est centū & quindecim: taliū est circulus ab æquinoctiali distans gradibus triginta & sex/ & p Rhodum descriptus/ nonaginta & trium. Circulus uero qui ab eodem æquinoctiali distat sexaginta & tribus gradibus: & per Thylē descriptus/ quinquaginta & duorum.

Quæ seruari oportet ad designationem orbis in plano.

Cap. XXI.

Ropterea actū bene erit lineas quæ p meridianis ponent rectas seruare: q̄ uero p parallelis notabunt/ in circuloꝝ arcubꝝ scribere/ unū & idē cētrū hūribus/ a quo tāq; p septentrionali polo supposito/ meridianorꝝ lineæ rectæ ducendæ sūt: ut p cæteris similitudo iuxta formā ac aspectū sphaericæ superficie seruet. Manentibus deinde meridianis absq; declinatione ad parallelorꝝ/ ac ēt ab eodē cōmuni polo exeūtibꝝ/ cū nequaquā possibile sit p oēs parallelorꝝ pportionē quæ est in sphaera seruare/ abunde erit eā in paralelo p Thylē/ & in æquinoctiali tenere: ut latera quæ latitudinē cōplectuntur/ sint ueris lateribus/ ac naturalibus terræ coæquata. Parallelus uero p Rhodum: in quo plurime pbatōnes longitudinis distātiarꝝ factæ sūt/ notare oportebit/ iuxta pportionē prædictā/ quēadmodū marinus retulit: hoc est secundū sexquiquartam fere rationem circumferētiæ maximi circuli ad ipsū/ ut longitudo nostræ habitabilis quæ magis no

ta est: latitudini eius cōmensurabilis sit. Quae aurez forma modoz hęc tractabuntur: manifestum deinceps erit: si quemadmodum opus est descriptionem in sphaera proferemus.

Quomodo habitabilis nostri in sphaera designanda sit.

Cap. XXII.

Ius magnitudinem: intentio cōstituentis/iuxta multitudinē locoz designandoz discernere poterit: ut facilitas ac ambitio porrigit. Quanto enim maior instituet: tanto locoz descriptio. copiosior latiorq; perficiet. Quantacūq; tñ ea sit: eius sphaerae polis assumptis cū diligentia: p ipsos semicirculū suspēdemus paucissime ita a sphaerica superficie distantes: ut tantūmodo in ipsius circulatione nulla frictio fiat. Hic semicirculus strictus sit: ut p latitudinem loca plurima nō occupet: habeatq; alterū latus directe p puncta poloz extensum: ut p ipm meridianos inscribere possimus. Deinde idē latus diuidentes in centū ac octoginta pticulas: signabimus numeros. Et a media sectiōe quae æquinoctialē intersectat: utiq; principiū numeroz faciemus. Similiter æquinoctiali descripto: alterz ipsius semicirculū diuidetes in similes centū ac octoginta particulas: principiū numeri in eisde sigillatim positi faciemus ab ultimo illo sine: p quem meridianum extremi occidentis habebimus. Deinde descriptionē incipiemus: ab annotationibus graduū longitudinis & latitudinis: qui in cōmentariis sunt: & iuxta eos locū quemlibet sigillatim in sphaera scribemus: reperto principio in sectionibus semicirculoz æquinoctialis & meridiani mobilis ut prēmittit. Hunc quippe trāsferrētes adnotatū longitudinis gradum: hoc est ad sectionē æquinoctialis quae quæsitum numeruz cōtinebit: & distantia latitudinis ex ipsa meridiani diuisione sumentes: iuxta notatum utrūq; numerū: locum figemus, quē admoduz in sphaera solida stellas figi solituz est. Meridianos si licebit nobis inscribere p quotcūq; longitudinis gradus placitum erit: utentibus ipso canone semicirculi pro linea. Præterea parallelas adnotare licebit p distātiās latitudinis: ponentes instrumētū qd eos inscribet in ppria distātia: quā quæremus in meridiani numero. Deinde illud traducemus usq; ad ambos meridianos: qui totā habitabilē intercipiūt nostrā.

Expositio meridianorum & parallelorum in orbe designandorum.

Cap. XXIII.

I quidem igitur complectentur horaz spaciā duodecim: iuxta ea quae ex habita demōstratione sequuntur. Scribetur autem parallelus qui plagam magis australem ultimo ter-

minabit: tantundē ab æquinoctiali distantem uersus meridiem: quantum ab eodē ab est parallelus p Meroen uersus septentrionez. Nobis tñ æquum uisum est: meridianos scribere inter se distantes p tertiā partē unius horae æquinoctialis: hoc est p particulas quinque earz quae in æquinoctiali circulo signatae sunt. Parallelos aut magis septentrionales q̄ æquinoctialis: ita notare libuit: ut primus parallelus distet ab eodē æquinoctiali quarta pte unius horae: & ab eodē absit: (ut geometrica rōnes ingerunt) gradibus quatuor fere cū quarta parte. Secundum differre facimus ab ipso æquinoctiali per dimidium horae: & ab eodē distare gradibus octo ac tertia & duodecima. Tertium hora dimidia & quarta: distantes gradibus duodecim & semis. Quartum hora una: distanrem gradibus sexdecim cū tertia ac duodecima: hicq; p Meroen descriptus est. Quintuz hora una & quarta differre: distanrem gradibus uiginti ac quarta fere. Sextuz qui sub æstiuo tropico est: hora una & semis differre: distanrem gradibus uiginti & tribus & semis ac tertia fere. Septimuz hora una & semis ac quarta differre: distantes gradibus uiginti & septē ac semis cū sexta. Octauuz horis duabus differre/distantē gradibus triginta cū tertia. Hicq; p Alexandriā describitur. Nonum horis duabus cū quarta differre/distantē gradibus triginta & tribus cū tertia. Decimum horis duabus & semis differre: distanrem gradibus triginta & sex: hicq; p Rhodum describitur. Undecimū horis duabus & semis cum quarta differre/distantē gradibus triginta & octo ac semis & duodecima. Duodecimuz horis tribus differre/distantē gradibus quadraginta & semis ac tertia & duodecima fere. Tertiūdecimū horis tribus cū quarta differre: distantē gradibus quadraginta & tribus ac duodecima. Quartum decimuz horis tribus & semis differre: distantē gradibus quadraginta quinque fere. Quintum decimum horis quatuor differre/distantē gradibus quadraginta & octo & semis. Sextūdecimum horis quatuor & semis differre: distantē gradibus quinquaginta & uno & semis. Septimum decimum horis quinque differre: distantem gradibus quinquaginta & quatuor fere. Octauum & decimum horis quinque & semis differre: distanrem gradibus quinquaginta & sex. Nonum & decimuz horis sex differre/distantem gradibus quinquaginta & octo. Vicesimum primum horis octo differre: distantem gradibus sexaginta & tribus: qui per Thylem describitur. Notabitur & alius uersus meridiez post æquinoctialem: continens differentiam horae dimidia: qui per Raptum promontoriū: & Cattigara describitur: ferme per coaeuales cum oppositis: distans ab æquinoctiali gradibus octo cum tertia ac duodecima.

Modus describendi habitabilem terræ partem in plano/ita ut sphaerica descriptioni cōmensuratiōe respondeat.


Cap. XXIII.

IN descriptiōe aut siendain tabula. symetriæ extremorum parallelorum seruandæ uia talis erit.

Faciemus tabulam rectorū quatuor angulorum ut. **A. B. C. D.**

& sit. **A. B.** ferme induplo maior q̄. **A. C.** & supponatur quod latus. **A. B.** in superiori situ locatum sit/qui erit plaga septentrionalis. Deinde. **A. B.** diuidamus in partes æquales/& ad angulos rectos/& sit ea linea. **E. F.** Cui regulā cōmensurabilem ac rectam ita adaptemus/ut per eandem mediam lineam quæ est. **E. F.** hoc est recte per ipsius longitudinem crescta linea usq̄. **G.** Et diuidatur. **E. G.** in triginta & quatuor tales partes/qualiū est **G. F.** centū & triginta una & tertia ac duodecima/& per centrū **G.** & per punctū in recta ipsius linea/quod distet a centro partibus septuaginta & noue/circulus describemus qui habeatur p̄ parallello p̄ Rhodum/ut **H. K. L.** Circa lōgitudinez uero quæ ex

utraq̄ parte. **K.** spacia sex horarūz continebitur fumentes distantia; quæ est in **K. E.** linea meridiana quattuor sectionum/seu partium/in parallello p̄ Rhodum per quinq̄ diuisam/cuz maximus circulus sit tere sexquiquartus ad ip̄m/ ac talium decez & octo sectiones ab utraq̄ parte **K.** signantes in **H. K. L.** circūferentiā habebimus puncta p̄ quæ ducendi erunt meridiani a centro **G.** quoz quilibet ab altero distabit tertia pte unī horæ. Quare meridianos habebim⁹ terminātes ultra. **G. H. M.** atq̄ **G. L. N.** Deinde notabitur parallelus p̄ Thylē in linea **G. F.** qui distet a centro **G.** sectionibus quinquaginta ac duabus/ut **O. P. Q.** Aequo noctialis uero describetur distans a centro **G.** partibus centum & quindecim ut **R. S. T.** Parallelus autem qui est ultimus uersus austrūz & oppositus parallello p̄ Meroez/notabitur/distās a centro **G.** partibus centum & triginta & una cuz tertia & duodecima/ut **M. V. N.** Colligitur etiam ratio **R. S. T.** circūferentiæ ad circūferentiā **O. P. Q.** in eadem esse proportiōe in qua centū & quindecim sunt/ad quinquaginta & duo:iuxta rationem parallelorūz qui in sphaera sunt. Cum qua



